



B 12

6

180

BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

Genesis 24:1-2

Abraham

Seth

Enoch

~~Enoch~~
Enoch

Methuselah

Jared

Enoch

Methuselah

Jared

Noah

Buonamici

FAX CRONOLOGICA

AD OMNIGENAM HISTORIAM

Sacra, Politica, Bellica, Fortuita, Literas,
& Artes complectens

Ab Orbe condito

Ad Annum post Christum natum 1706.

A u t h o r e

JO: DOMINICO MVSANTIO

S O C. J E S U.

Quam olim in tabulas extensam; nunc secundò editam,
Et ad usum libelli reformatam

SERENISSIMO PRINCIPI

JO. GASTONIO

A B E T R V R I A

COLLEGIUM CICOGNINUM

S O C. J E S U D. D. D.



Pistorii, Typis Stephani Gattij 1706. *Sup. permissu.*

Di. Fran. Bianca

B-12. G. 180.



SERENISSIMO PRINCIPI

JO. GASTONIO

AB HETRURIA

COLLEGIUM CICOGNINUM

SOC. JESU

FELICITATEM.



Atere, SERENISSIME
PRINCEPS, quam ad
studia nostra promoven-
da *FACEM CHRONOLOGICAM* iterum typis

A 2

man-

mandari curamus, Tuo à nomine decus, atque præsidium accipiat. Puderet nos siquidem librum hunc per exiguum magnæ Celsitudinî Tuæ sistere vectigalem, nisi præfidentes faceret humanitas illa, qua & Collegium nostrum non semel invisere, & nostra obsequia clementer admittere; quin etiam philosophicis Disputationibus celebritatem addere dignatus es præsentia Tuâ, eò usque comitate & benignitate descendens, quò vota nostra non auderent ascendere. Adde quod nulli Principi potiori jure deberi censuimus Historiam Temporum, quàm TIBI, qui tam præclare vivis Æternitati. Tempus erit, cùm egregia quoque facinora Tua tanquam in Chronologiæ hujus auctarium cedent; quæq. in aliis decora,

Na-

Natura, vel Virtus per multa sæcula
disperfit, in TE uno cumulata, non
finè admiratione & laude Lector cu-
riosus intelliget.





ERUDITO, ET AMICO
LECTORI.



ABULIS Chronologicis, quas historiarum cognitionem aggressuris adolescentibus precipue proponimus, eum praefiximus titulum, qui mentem nostram paucis aperiret; Facem ad omnigenam historiam

appellavimus, quia per sua tempora rerum omnium veluti capita, siue Sacrarum, siue Prophanarum ab Orbe condito ad extremos hos annos disposuimus, ea methodo, qua histum cognoscendis, tum memoria custodiendis, magnorum Virorum, ac praesertim Theopbili Raynaudi exemplo, visa est opportunior.

Ut verò minori cum periculo errandi publico commodo serviremus, insignium Scriptorum Saliani, Pctavii, Spondanii, Labbai sententias amplexi plerumque sumus; ubi quid illis intactum attulimus, testem peculiarem adduximus.

Compendiariis quibusdam notis utimur. A.C. ante Christum, C. Cardinalis. C.P. Constantinopolit., D. Dux, E. Episcop. f. filius, ff. filii, fr. frater, ffr. fratres, M. Martyr, M. mensis, m. moritur, n. natus, vel nascitur, P. Pontifex, R. Rex, r. renat, regnavit, v. vivit, vixit &c.

Quae ad Orthodoxam Religionem pertinent tradituri, ea pri-

primò proponimus, quibus illa præcipuè constat, & fovetur; mox illa, qua turbas eidem, & detrimenta solent afferre. Id semper in utrisque spectantes, ut non eruditioni tantùm, sed etiam religioni, & pietati serviamus.

In assignandis Rom. Pontificum annis, cum certa aliquando adducere non possimus, qua visa sunt probatiora selegimus; à minutioribus tamen abstinendo, quare non integros aliquandò menses computamus.

Concilia quotquot potuimus ex pluribus collecta recensuimus, quia id adhuc à nemine præstitum vidimus.

Ea, in quibus testem non adducimus, vel vulgò nota sunt, vel facillè apud eos reperientur, quos sequi libuit, Card. nempe Baronium, Raynaudam, Ciacconium, Gaulterium, Labbæum; quamvis aliò nos aliquando trahat amor veritatis.

Politicorum nomine Regna, Respublicas, Dynastias omnes, eorum initia, vices, & exitus complectimur. Hæc prima mortales putant, & pro illis bella gerunt; hinc illis Bellica jure conjungimus. Cum Romanis Imperatoribus Italia Reges, & res Italas: cum Romanorum Pontificum Ditione Principes ejusdem in Italia Beneficiarios dedimus, quia sejungi vix posse videntur.

Gallia, & Hispania Regibus Regnorum aliorum, sive Dynastiæ initia, & quandoque vices apud eas gentes addidimus; quia id Historia meliùs intelligendæ non inutile futurum duximus. Probatos in his omnibus cujusque gentis Scriptores consulimus.

Cateràm, uti sperare fas est, nemo mihi diem dicet, si Roma Italis potissimùm scribens, ea quæ ad eos pertinent accuratius aliquanto persequar.

In rebus tam Politicis, tam Bellicis, Fortuita plurimum posse nemo non videt. Hæc enim illas non rarò consequuntur, easque sape convertunt. Illis igitur hæc addenda.

In fortuitis afferendis ea ferè descripsimus, qua Baronius in Annal. Genebrardus in Chronol., in Breviario Chronologico Theophilus Raynaudus, & in Tabulis Chronograph. Gaullerius tradunt, qui fide probatorum Scriptorum niti solent.

Assignamus deinde qua siuè inter Sacra, siuè inter Propbana maximè memoranda censuimus, quaque certam sedem habere non poterant; ut hinc etiam fortuita quodammodo videantur.

Nobilium literatorum censum, & literarum vices, variamque fortunam, quantum instituti operis patiebantur angustia, accuratè descripsimus, quia id nec ingratum, nec inutile Mercurialibus viris futurum credidimus. Literatorum sacula diligenter investigavimus, eosque in illis eo plerumque ordine disposuimus, quo vixisse feruntur; utinam & id in singulorum annis assignandis prestare valuissimus.

Qui plurimum doctrinarum gloria florere, hi pluribus in locis memorantur, quod & eorum meritis deberi, & legentium eruditioni conferre putamus.

Et quoniam liberali, & nobili adolescente digna, excellentium artium cognitio quadam prudentissimo cuique semper est visa; idcirco Architectura, Pictura, Statuaria vel florentis, vel deficientis tempora, vices, & varietatem proposuimus: Roma praesertim, qua praeter ceteras gentes in his, omnium eruditorum iudicio, primas plerumque ferre consuevit.

In his porro cognoscendis non è libris tantum fateor me profecisse, sed etiam è colloquiis virorum in Romana antiquitate peritissimorum.

Ceterum viventes seu Bellatores, seu Literatos, aut Artifices, quamvis maximis pares, memorare non libuit, ob eas causas, qua prudenti viro facillè occurrent.



GENUS HUMANUM

Antè diluuium universale.

*Homo innocens
in Terrestri Paradiso felix.*

IN primo temporum, & rerum exordio, Deus Cœlo, Terra, animantibus, cæterisque ad eorum ornatum conditis, sexta tanti operis die format Hominem, corpus ex luto fingens, animam ex nihilo, illique nomen indit Adamum appellando. E Campo postmodum Damasceno, in quo eum creauerat, in ambenissimos voluptatis hortos, Divina manu consitos, Terrestrem Paradisum dicimus, Adamum transfudit, & è dormientis costa Evam eduxit, quam illi vitæ, & thori sociam adjunxit, ut beatè viverent, & nullo pœnarum, mortisque metu genus humanum propagarent, si Deo parentes vetitæ arboris fructibus abstinerent.

*Homo post culpam reus
extra Paradisum miser.*

Verùm intrà dies omninò paucos, ut plerique opinantur, Adamus Divinam legem neglexit, non tam vetiti pomi specie, quàm illecebra inductus uxoris, à callidissimo animantium omnium

Perio-
dus Ju-
liana.
Mundi
annum
1.
præce-
dit
730.

I
Ætas
I.
Ab Or-
be con-
dito.
Ad
univer-
sale.
Dilu-
uium.

z

nium serpente deceptæ. Propterea pavidus, & ovina pelle contectus, unà cum noxæ socia felibus hortis in perpetuum expulsus, morti cæterisque miseriis, quæ mortalem conditionem comitantur, obicitur, & secum in eundem casum posteritatem trahit omnem.

Primo infelicitis exilii anno Adamus Cainum genuit, secundo Abelem: sed hoc per invidiam à fratre interempto, Setho ad solamen est auctus. Hinc impia Caini, pia Sethi progenies extitit; quare hi filii Dei, illi hominum filii sunt appellati. Ex his in duas sive Gentes, sive Sectas divisum est Genus humanum usque ad terrarum omnium eluvionem.

Adam V. annos 930. Eva V. annos 940.

3

Filii Dei.

Seth Adæ f. n. 131. v. 912. m. 1042.

Enos Sethi f. n. 236. v. 905. m. 1140.

Cainan I. Enos f. n. 326. v. 910. m. 1235.

Malaëleel Cainani I. f. n. 396. v. 895. m. 1290.

Jared Malaëleelis f. n. 461. v. 962. m. 1422.

Henoch Jaredi f. n. 623. transfertur à Deo 987.

Mathusalem Henochi f. n. 688. v. 969. m. 1656.

Lamech Mathusalemi f. n. 875. v. 777. m. 1651.

Nce Lamechi f. n. 1037. v. 950. m. 2006.

Sem Noe f. n. 1559. v. 600. m. 2158.

Cam, & Japhet Noe ff. ante Diluvium nati, sed eorum tempora in sacris literis non designantur.

4

Religio.

Adam filios Dei cultum in primis, & sacrificandi ritus edocet.

Abel

Abel ob singularem religionem, & innocentiam Deo gratus.

Seth pius, & egregius Divini cultus propagator.

Enos primus solemniores, statasque caeremonias in Divino cultu adhibuit. Hinc dictus est primus invocasse nomen Domini. *SS. Interpretes.*

Enochus Sethi trinepos, ob summam cum Deo familiaritatem, divinitus est ex hominum coetu, atque oculis raptus.

Res supra Naturam.

5

Sacrificium Abelis certo signo Deus probat, sive ignis è Cœlo demissus, sive fumus recta in Cœlum tendens id fuerit; quod non liquet.

Caino post fratricidium, terra innocentis imbuta sanguine visa est fruges negasse; & ipse, ultrice sceleris conscientia, post Dei minas profugus erravit.

Regna.

6

Adam Genus humanum patris potius more, quàm Principis potestate rexit, quandiù illi filii, nepotesque parvere.

Si quæ fuere ante Diluvium Regna, ea intrà unius oppidi, & agri limites finiebantur.

Cain primus, Henochia condita, & de filii nomine dicta, in ea visus est regnasse.

Bella.

7

Bellis prælusit Abelis cædes, à Caino, invidia impellente, patrata.

Cæterùm fuisse inter Cainitas, & reliquos Adamitas bella, non immeritò plurimi suspicantur.

Cer-

Certè tubas, & arma belli instrumenta ante terrarum eluvionem inventa novimus.

8

Scientia.

Scientiarum saltem principia, seu rudimenta Adamo diuinitus indita, ab eo traduntur filiis, & nepotibus, à quibus ad posteros propagantur.

Si psalmos Adam composuit, uti Talmudici tradunt, quibus Genebrardus videtur assentiri, non hominum magis, quàm Poeseos pater, dicendus est.

Quin & ab aliis ante terrarum eluvionem sacris Hymnis, Canticis, & Psalmis Dei laudes, victorias, & res prosperè gestas fuisse celebratas docet Huetius in *Demonstrat. Evang.*

Inventas à Setho literas opinantur aliqui, quod certissimum proculdubio foret, si verum esset quod aliqui ex gravissimis Patribus tradidere; Scriptum scilicet ab Enocho librum, quem apud Æthiopes asservari tradit Genebrardus.

9

Artes. Inventa.

Primus inter homines Pastor Abel, Cain primus Agricola, Lamech Venator.

Ars effodiendi metalla, vel præcessit agriculturam, vel cum ea nata est, ut rectè Aristoteles *l. 1. c. 2. Oecon.*

Jabel pastoritia tabernacula, Jubal Musicam, & ejus instrumenta, Noema lanificium, ac texturam invenit.

Tubalcain Ferrariam peritiùs exercuit.

Henochia prima inter Urbes à Caino condita, cui ab Henocho filio nomen dedit.

Ar-

Artem Nauticam primus divinitus edoctus est Noe, cum iussus est Arcam ædificare.

Nugatur proculdubio Zozimus Panoplites affirmando Chymicorum artes hominibus ab Angelis traditas, cum hi mulieres adamassent.

Res memorabiles.

10

Per hæc primæva Mundi tempora, Deo naturæ vires confirmante, foeminæ binos ferè semper enitebantur, vt plerique SS. Interpretes opinantur.

Quare anno Mundi, quo cæsus est Abel, magnam jam Terrarum partem frequentatam fuisse docet eruditè Bonfrer. *in c. 4. Genes.*

Cainus in sylva pro fera habitus, à Lamecho abnepote occisus est.

Sethi gens, connubiis cum Caini gente junctis gigantes progeniit, homines, & corporis mole, & morum improbitate perinsignes. Quæ res Deum ad terrarum omnium eluvionem impulit.

Diluuium universale.

11

Noe 1556. quingentesimum annum agens, monetur à Deo de immittenda terris omnibus eluvione, jubeturq; Arcam fabricare, in qua ipse cum filiis possit asseruari. Illa centum annorum spatio perfecta est, longa (Deo ita mandante) cubitos 300. lata 50. alta 30.

Anno 1656. Deo jubente, immixtis in Arcam omnis generis animantibus, ingressus est, & Noemus ipse cum uxore sua, tribusque filiis Sem, Cham, & Japhet, ac nuribus pari numero. Hinc perpetuis 40. dierum effusis imbribus, omnia merguntur aquis, & nihil usquam hominum,

cæte-

cæterorumque animantium reliquum in terris fit, præter id, quod Noemus Dei monitu assererat ad Sobolem.

Noe porro cum suis in Arca latuit 375. dies.

12

Filiis Hominum.

Cain Adæ f. n. i. m. 701. ut aliquibus visum; nam Sacræ literæ, tum illius, tum posterorum tempora omninò silent.

Henoeh Caini f.

Iræd Henoehi f.

Maviael Irædi f.

Mathusael Maviaelis f.

Lamech Mathusaelis f.

Ab hoc primò Polygamia videtur inducãta.

Jabel, & Jubal Lamechi ff. ex Adæ.

Tubalcain Lamechi f. ex Sella.





GENUS HUMANUM

*post universale Diluvium in gentes,
& regna divisum.*

Progenitores Abrahami.

Arphaxad Semi f. n. 1659. v. 438.

Cainan II. n. 1694. v. 360.

Sale n. 1724. v. 423.

Heber n. 1754. v. 464.

Phaleg n. 1788. v. 239.

Reu, sive Ragau n. 1818. v. 239.

Sarug n. 1850. v. 230.

Nachor n. 1880. v. 148.

Thare n. 1909. v. 205.

Religionis incrementa, & damna.

An. Mundi 1657. subsidentibus aquis, & Deo jubente, Noëmus cum tribus filiis prodit ex Arca, Deoq; gratias agit.

Ninus Templum, & Simulacrum Belo patri consecrat. Id Baal existimatur 1944. Hinc in vetustissimis Idolis Beli nomen licet agnoscere, ut in Beelphegor, Belial, Beelzebub &c.

Ducentis circiter post Diluvium annis Idolorum cultus per imagines, hominum venerationi propositas, initium habet, crescitque plasticè inventa per Thareum Abrahami patrem.

Huma-

I

Ætas

II.

Ad

Nati-

vitatē

Abra-

hami.

II

III

*Humani Generis divisio in gentes.
Hebraorum Politica.*

Noe filiis, & nepotibus terras dividit.
Japheto Scythia, & Europa: Chamo, Syria,
Ægyptus, & Africa: Semo, Assiria, India, & re-
liqua Asiæ obveniunt.

Sublato per confusionem linguarum commér-
cio, Babylonicæ Turris ædificatio abjecta est,
gentes divisæ sunt, & terra cœpit ubique fre-
quentari.

E filiis, nepotibusq; Noemi, alii aliarum gen-
tium parentes, Hebræorum à S. Augustino, &
aliis censetur Heber, à quo Heberæi primò, mox
Hebræi sunt appellati.

IV

Res supra Naturam.

Iris à Deo statuitur foederis inter se, & homi-
nes pignus.

Superbis mortalium conatibus Turrim ædifi-
cantium Divinum Numen obsistit. Repente una,
qua omnes utebantur, lingua in duas, & septua-
ginta (quot erant hominum familiæ) divinitus
dispertitur.

Hebraica, quæ communis omnibus antea fuis-
se creditur, in Hebero mansit, à quo nomen ac-
cepit.

V

Monarcha.

Nembrotus Chami nepos, idem prophanis Scrip-
toribus Belus, primus Babylone regnat 1879. per
annos 65

Ninus, sive Assur f. ad 1996.

52

Nomen

Nomen dedit Assyriorum Imperio.

Semiramis uxor Nini ad 2038.

42

Nino marito obeunte, eluso filio, regnum præstigiis quibusdam intervertit, & ad se transfert. Sed ab eo postea, quem de incestu appellaverat, est interfecta.

Regna, & Respublica in Gracia.

VI

Quamvis vetustissimi Gracia Reges à Neotericis in dubium revocentur, placet eos nihilominus ex optimorum Scriptorum traditione referre.

Sicyoniorum Regnum in Peloponneso inchoatur 1890. Ægialeus primus ibi regnat ann. 52. Ab eo Peloponnesus quondam dicta est Ægialia.

Europs f. 45. Nomen dedit Europa.

Telchis 20. Apis 25. Telxion 52.

Cùm felicissimè regnasset, post ejus mortem publici Iudi ejus honori sunt instituti.

Regna, & Principatus extrà Graciam.

VII

Antiquissimos cum Syncello ex Manethone, & Eratosthene Ægypti Reges agnoscimus, sed post Babylonios, quia sacris literis id magis consonum.

Menes, qui Juppiter Hammon postea est appellatus in tota Ægypto.

Post hujus mortem ex filiis duobus, alter Thebis, Memphi alter imperavit:

Athotis, qui Mercurius Thebis.

Tosorthrus, qui Æsculapius Memphi.

Post hos in plures Dynastias divisa est Ægyptus.

Bella.

VIII

Ninus latius imperandi studio flagrans, armis

B

Im-

Imperium primus propagat, pluribus domitis
Asiæ populis.

Idem circa annum conditi Orbis 1999. Rege
Zoroastre debellato Baetris potitur.

Semiramis Virago, Media, Perside, Ægypto,
aliisque provinciis subactis, cum Indis felici prin-
cipio, exitu tristi bellum gerit.

Bella inter Vexorim Ægypti, & Tanaim Scy-
thiæ Regem antiquiora ex Trogo Justinus me-
morat, sed vel obscura, vel fabulosa censentur.

IX

Disciplina Severiores.

Noe scientias, quas à majoribus acceperat an-
te Diluvium in filios, & nepotes propagat.

Chaldæi Cæli, Syderumque spectatores cælesti-
um motus, & effectus notare incipiunt 1900.
annis antè Alexand. Magnum. *Simplicius in Arist.*

Mesraim Chami f. primus docet Ægyptios.

Babiloni, Assyrii, Chaldæi primi Philosophiam
profitentur, testibus Aristot. Sotione, & Laertio.

Athotis, sive Theuth primus numeros invenit.
Plato.

X

Jurisprudentiæ. Medicinæ.

Sæculum finè Principibus, & Legibus, ac pro-
cul à bellis, aureum à Poetis est appellatum.

Zundavastavu pervetustam Persicarum legum
Codicem, qui ab Eusebio Persicarum rerum Sa-
cra collectio dicitur, Zoroastri à Deo datum, æ-
mulantes Hebræorum gloriam, Persiæ sinxere.

Huetius.

Medicina inventa est à Tosertiro Ægypti R.,
quem Æsculapium dixerunt. Scripsisse fertur Ana-
tomi-

tonicos libros *Videatur Marshamus in Canon. Chronol. Sacul. 1.*

Literæ Humaniores

XI

An ante Babylonicam linguarum confusionem literarum usus repertus fuerit incertum adhuc est:

Ex duabus, & septuaginta linguis, quæ natæ sunt in Babylonica confusione, septem superesse censentur, quæ ideo Matrices appellantur, Hebraica, Arabica, Græca, Slavonica, Germanica, Tartarica, Latina, de qua lis est apud Eruditos.

Hieroglyphicæ literæ à Mercurio I. apud Ægyptios inventæ, iis occasionem postea dedere Deos pingendi in monstris animalium formis. *Euseb.*

Artes. Nova inventa.

XII

Noe primus è vitibus vinum expressit.

Necessitate magistra, quæ contra temporum injurias præsidium quærebat, inventa est inter primas ars ædificandi.

Pictura inventa 200. circiter post diluvium annis. *Salianus ex aliis.*

Thare Abrahami pater plastes primus simulacra fingit ex creta.

Zoroaster Magicarum artium inventor habetur; falsò tamen illi tribuitur liber Zind, quo Magicos ritus, & ignis colendi disciplinam ajunt contineri. *Huetius.*

Natales Urbium, Architectura opera,

XIII

Hortante Nembroto Chusi f. Chami Nepote, Turris, & urbs Babylon ædificatur 1854. Aliqui Urbem multa post sæcula conditam malunt.

Memphis à Mene conditur in Ægypto. Ninus ad Tigrim Niniven condit.

Nisibis in Mesopotamia, & aliæ urbes extructæ. Semiramis Babylonem magnificentiùs auget.

Pyramides non ad horrea, ut aliqui falsò putant, sed ad Regum sepulchra inter Deltam, & Memphim erectæ. Ideoque non Thinitæ, sed Memphitæ Reges earum auctores habendi sunt.

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Nemo mortalium post submerfionem terrarum natus, ad annos 500. vitæ tempus protraxit.

Cùm post eluvionem vis, & hominum vita imminuta esset, ad subsidium imbecillitatis carnis esus, & vini usus investus.

Noe, vino liberaliùs hausto, fit ebrius, quare nudus ludibrio habetur à f. Chamo.

Cùm Babel conderetur, ex probato Mathematicorum calculo homines jam excreverant ad 4195000.



A B

Ab ANNO 2039. Ad 2300.

Progenitores Abrahami .

PATRIARCHÆ HEBRÆORUM .

Abraham Thare fil. n. 2039. v. 175.

Isaac f. n. 2139. v. 180.

Rebecam ducit 2179.

Jacob. n. 2199. v. 147.

Ruben, Simeon, Levi Judas, Dan, Nephtali, Gad, Aser, Isachar, Zabulon, Joseph, Benjamin ex duabus uxoribus Lia, & Rachele Labano natis, & ex duabus ancillis Zelpba, & Bela.

Levi Jacobi f. n. 2285. v. 137.

Religionis incrementa, & damna .

Abraham ex Ur Chaldæorum evocatur, futurus veræ religionis parens 2108.

Melchisedech Rex Salem, & Sacerdos occurrit Abrahamo victori. Is decimas Sacerdoti solvit 2118.

Circumcisio à Deo imperatur Abrahamo 2125.

Moab Moabitarum, Amon Amonitarum parens nascuntur ex incestu ebrii Lothi cum filiabus 2139.

Isaac in monte Moria sistitur immolandus 2163.

Esau ducit alienigenas, unde corrupta religio 2238.



I

Abra-
hami
Nati-
vitas
2039.
Ætas
III. ad
exitū
Israe-
lis.

II

Memphis à Mene conditur in Ægypto. Ninus ad Tigrim Niniven condit.

Niſibis in Meſopotamia, & aliæ urbes extructæ. Semiramis Babylonem magnificentius auget.

Pyramides non ad horrea, ut aliqui falſò putant, ſed ad Regum ſepulchra inter Deltam, & Memphim erectæ. Ideoque non Thimitæ, ſed Memphitæ Reges earum auctores habendi ſunt.

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Nemo mortalium poſt ſubmerſionem terrarum natus, ad annos 500. vitæ tempus protraxit.

Cùm poſt eluvionem vis, & hominum vita imminuta eſſet, ad ſubſidium imbecillitatis carnis eſus, & vini uſus inueſtus.

Noe, vino liberalius hauſto, fit ebrius, quare nudus ludibrio habetur à f. Chamo.

Cùm Babel conderetur, ex probato Mathematicorum calculo homines jam excreverant ad 4195000.



A B

Ab ANNO 2039. Ad 2300.

Progenitores Abrahami .

PATRIARCHÆ HEBRÆORUM .

Abraham Thare fil. n. 2039. v. 175.

Isaac f. n. 2139. v. 180.

Rebecam ducit 2179.

Jacob. n. 2199. v. 147.

Ruben, Simeon, Levi, Judas, Dan, Nephtali, Gad, Aser, Isachar, Zabulon, Joseph, Benjamin ex duabus uxoribus Lia, & Rachele Labano natis, & ex duabus ancillis Zelpba, & Bela.

Levi Jacobi f. n. 2285. v. 137.

Religionis incrementa, & damna.

Abraham ex Ur Chaldæorum evocatur, futurus veræ religionis parens 2108.

Melchisedech Rex Salem, & Sacerdos occurrit Abrahamo victori. Is decumas Sacerdoti solvit 2118.

Circumcisio à Deo imperatur Abrahamo 2125.

Moab Moabitarum, Amon Amonitarum parens nascuntur ex incestu ebrii Lothi cum filiabus 2139.

Isaac in monte Moria sistitur immolandus 2163.

Esau ducit alienigenas, unde corrupta religio 2238.



I

Abrahami
Nati-
vitas
2039.
Ætas
III. ad
exitū
Israe-
lis.

II

III

*Humani generis divisio in gentes.
Hebraeorum Politica.*

Abraham in Palæstina cum Sara uxore Nachoris filia, Loth nepote 2114.

Loth ob jurgia inter pastores dividitur ab Abrahamo 2116.

— Ismael, & Agar pelluntur 2144.

Esau Primogeniti jura vendit 2218.

Jacob fugit in Mesopotamiam, ibique apud Labanum avunculum oves pascit 2276.

Jacob redit, & conciliatur cum Esau. 2296.

IV

Res supra naturam.

Deus Abrahamo felicem sobolem, Palæstinæ possessionem, Christum pollicetur.

Angeli Abrahamo prænunciant incendium Sodomorum 2139, & igne cælesti pereunt quinque urbes famosæ.

— Eximitur Loth, & Uxor cum filiabus ab incendio.

Uxor Loth, quod contra Angeli educentis præceptum respexisset, in Statuam Salis est versa, stultitiæ documentum.

Jacob Dei speciem videt in quiete, è summis scalis Christum sibi pollicentis 2276.

V

Monarcha.

Nimias f. ad 2076.

38

Regni administratione Præfectis permessa, in cætu mulierum consenescit, qua in re Assyriorum reges 32. habuit imitatores solis nominibus notos.

Arius f. ad 2106.

30.

Ara-

Aralius ad 2146.	40.
Xerxes, feu Balæus ad 2176.	30.
Armamithres ad 2214.	38.
Belochus ad 2249.	35.
Balæus ad 2301.	52.

Regna, & Respublica in Græcia.

VI

Sicyone regnant Thelxion 52. Ægydrus 29.

Thurimacus 45. Leucippus 53.

Messapus 47. Eratus 46.

Argorum Regnum incipit 2197.

Inachus I. Argis regnat 50. Phoroneus Inachif., & Melissæ 60.

Inachida ab Inacho dicti Reges omnes Argivi.

Regna, & Principatus extra Græciam.

VII

Pharao Mencheres R. Memphiticus in Ægypto Abrahamo æqualis 2115.

Pharaonis pranomen commune fuit Ægypti Regibus, ut Caesar, & Augustus Rom. Imperatoribus.

Elephantini Reges in eadem Ægypto, ex Africano, *cujus tamen commentitias Dynastiar cordati rejiciunt.*

Cres, à quo Insula nomen accepit, in Creta regnat; post cum Jupiter hujus nominis in Creta primus.

Jovis nomen pluribus Regibus olim commune. Videantur Vossius de Orig. Idolol., & Huetius in Demonstrat. Evang.

Slanius, ut patrii Scriptores affirmant, primus regnat in Hibernia 2281.



VIII

Bella.

Ismaël Abrahami f. Arabiam bellando subigit 2261. *Salian*. Ex eo feroces bello gentes progenitas, Ismaelitas, Agarenos, Arabes, Saracenos, omnes fermè tradunt.

Telchines, & Cariathæ cum Phoroneo bellum gerunt 2264.

Thelchines Talasio, & Caretro ducibus vincuntur à Phoroneo 2271.

IX

Disciplina Severiores.

Ur Chaldæorum Abrahami patria, Aqademia Syderum scientia nobilis 2101.

Qui docent Ægyptiis traditam ab Abrahamo Astrologiam, improbantur. Ut id persuadeat lectoribus Artapanus apud Euseb. l. 9. fingit Abrahamum annos 20. mansisse in Ægypto.

Libellus Jestræ, quem sub Abrahami nomine ostentant Hebræi, proculdubio supposititius. *Genebrard.*

Heber sæculo 23. incipiente publicus rerum. Divinarum Magister. *Abulens. & Lyranus in cap. 25. Genes.*

X

Jurisprudentia. Medicina.

Prima lex Abrahamo datur à Deo, Circumcisionem illi, & posteris imperante 2125.

Phoroneus primus in Græcia leges condit, vagos, ac dispersos homines in unum cogit, mœnibus sepit 2247.

Hæc Græci, sed negat Josephus in Dissert. adversus Apionem, docetque, Græcorum omnes Legislatores præ Mose recentes esse.

Litera

Literæ Humaniores.

XI

Assyriis literarum elementis à puero assuetus Abrahamus, ubi ad Chananæos accessit, ejus gentis literis usus est.

Nec earum usum abjecere Abrahami posteris, quoad in Chaldæa captivi prisca Assyrias resumpsere. *Huetius.*

Ægyptii Artium inventa, & historias describebant in columnis, & stelis, easque in specubus aservabant, quos dixere Syringes. *Huetius.*

Artes, Nova inventa.

XII

Rudis statuarum origo è faxis informibus, quas statuas Stolarum Cedrenus appellat l. 4. Mox iidem succedere, vel Columnæ, vel Coni.

Osiris Ægypti R. cujus uxor Isis, seu Ceres Pharia Agriculturam docuit Ægyptios. *Verùm de Osiride, & Iside omnia, & incerta, & obscura, ac verius fabulosa.*

Phegon Phoronei Argor. R. fr. primus apud Græcos annis, & mensibus metitur tempora. Hebræi, & Ægyptii antea norant.

Natales Urbium. Architectura opera.

XIII

Suphis Memphis in Ægypto R. pyramidem omnium maximam ante natum Aram Abrahami fratrem crexit. *Ex Manethone.*

Cres Gnossium in Creta condit 2097.

Eleusis, ubi sacra Eleusinia, ab Ogyge condita 2272.

Viri, & Res memorabiles.

XIV

Aram Tharæi primogenitus Abrahami fr. primus


mus inter mortales repentina morte periisse fertur. *Salian.*

Ogyge regnante memorabilis Atticæ totius inundatio 2258. Usque ad hanc omnis Historia Varroni dicitur incognita.

Quo tempore stella Veneris colorem, magnitudinem, cursum mutasse visa est, ut ex Varrone refert S. Augustinus l. 25 de Civ. c. 8.

Gustaphus Persarum Rex acceptam à Zoroastre religionem in Perside propagasse fertur.





Ab ANNO 2300. Ad 2500.

Progenitores Abrahami.

(Caath f. Levi n. 2318. v. 133.

(Amram f. n. 2381. v. 137.

(Aaron f. n. 2461. v. 122.

DUCES HEBRÆORUM.

Moses Aaron fr. n. 2464. v. 120.

Josue f. Nun n. 2491. v. 110.

Religionis incrementa, & damna.

Joseph frustra sollicitatus ab heri nobile castitatis exemplum 2316.

Phares, & Zaram Judæ filii ex Thamar, Christi Progenitores 2338.

Jacob sanctè moriens filiis bene precatur 2345.

Job, ex Zara f. vel nepote Esau sanctimonia clarus ærumnarum per patientiam victor in fine sæculi 24.

Humani Generis divisio in gentes.

Hebræorum Politica.

Dinæ vis illata, & hinc pugna cum Sichunitis 2305.

Joseph per invidiam à fratribus venditur 2306.

Joseph Ægypto præficitur 2319.

Jacob cum filiis in Ægypto 2329.

Hebrai primò regebantur per Patriarchas, - penès quos erat imperium in gentem.

Amenophis Pharaō sævit in Hebræos 2451.

Moy-

I

*Patriarcha
Hebr.*

II

III

Moyfes è flumine à Thernuti Pharaonis f. in Aulam inductus 2464.

IV

Res supra naturam.

Joseph ob Divinam conjiciendorum somniorum solertiam è carcere vocatur ad imperium. 2319.

Idem imminentem septem annorum fertilitatem, ac totidem sequentium sterilitatem ex Regis Ægyptii somnio præfagit 2319.

Jacobi in Ægypto soboles, quamvis per labores opprimente Rege, vegetior, & fœcundior.

V

Monarcha.

Atladas, seu Sethos ad 2333.	32
Mamythus ad 2363.	36
Ascharius ad 2391.	28
Sphærus ad 2421.	30
Mamylus ad 2451.	30
Sparthæus ad 2481.	39
Afcatades ad 2521.	40

VI

Regna, & Respublica in Gracia.

Sicyone regnant Plemnæus 48.

Ortopolis 63. Marathon 30. Echyreus 55.

Argis regnant Apis 35. Argus 70. Criafus 54.

Phorbas 35. Argus ob singularem prudentiam centoculus dictus.

Athenarum Regnum inchoatur 2446.

Cecrops Ægyptius Athenis regnat 51.

Ab eo Successores 16. dicti Cecropida.

VII

Regna, & Principatus extra Graciam.

In Ægypto Pharaos Amesis, five Ramesis, ut alii

alii malunt, quo regnante Joseph ingressus est Ægyptum 2306.

In eadem Ægypto Reges Tanitæ, dicti Pastores, quorum primus Salatis seu Saites. *V. Marshamum in Canone Chr.*

Inter alios ibidem Memphitarum Reges memorantur Amenophis II. seu Memnon, Orus [Poc-tis Busiris] in hospites ferus, Thermutis Ori filia, Mosis in fluvio expositi servatrix.

Bella.

VIII

Telchines, qui victi, & Peloponneso pulsati primò Cretam, deinde Cyprum armis occupaverant, tandem Rhodo potiuntur. Malefici homines fuisse traduntur, solo aspectu omnia effascinantes. *Hesychius, Suid.*

Mosis in Ægypto bella, quæ Josephus memorat, cordatioribus viris fabulosa videntur.

Disciplina Severiores.

IX

Qui Druidas in Gallia hoc ævo floruisse docent, somniari videntur.

Joseph in Ægypto Mercurialium virorum Mæcenas, & veræ sapientiæ magister. *Abulensis.*

Theman urbs Idumæe, Jobo florente, literarum studiis nobilis. *SS. Interpretes.*

Prometeus, & Atlas Astrologiæ cultu celebres.

Moses Ægyptiorum literis excolitur.

Chaldæi Astronomi in Orchenos, & Borsipenos distincti. *Vossii.*

Jurisprudentia . Medicina.

X

Medicinæ repertorem Apim Ægyptium plurimi agnoscunt.

Et cum

Moyfes è flumine à Thermuti Pharaonis f. in Aulam inductus 2464.

IV

Res supra naturam.

Joseph ob Divinam conjiciendorum somniorum solertiam è carcere vocatur ad imperium. 2319.

Idem imminentem septem annorum fertilitatem, ac totidem sequentium sterilitatem ex Regis Ægyptii somnio præfagit 2319.

Jacobi in Ægypto soboles, quamvis per labores opprimente Rege, vegetior, & fœcundior.

V

Monarcha.

Atladas, seu Sethos ad 2333.	32
Mamythus ad 2363.	38
Ascharius ad 2391.	28
Sphærus ad 2421.	30
Mamylus ad 2451.	30
Sparthæus ad 2481.	39
Afcatades ad 2521.	40

VI

Regna, & Respublica in Gracia.

Sicyone regnant Plemnæus 48.

Ortopolis 63. Marathon 30. Echyreus 55.

Argis regnant Apis 35. Argus 70. Criafus 54.

Phorbas 35. Argus ob singularem prudentiam centoculus dicitur.

Athenarum Regnum inchoatur 2446.

Cecrops Ægyptius Athenis regnat 51.

Ab eo Successores 16. dicti Cecropida.

VII

Regna, & Principatus extra Graciam.

In Ægypto Pharao Amesis, five Ramesis, ut alii

alii malunt, quo regnante Joseph ingressus est Ægyptum 2306.

In eadem Ægypto Reges Tanitæ, dicti Pastores, quorum primus Salatis seu Saites. *V. Marshamum in Canone Chr.*

Inter alios ibidem Memphitarum Reges memorantur Amenophis II. seu Memnon, Orus [Poetis Busiris] in hospites ferus, Thesmutis Ori filia, Mosis in fluvio expositi servatrix.

Bella.

VIII

Telchines, qui victi, & Peloponneso pulsati primò Cretam, deinde Cyprum armis occupaverant, tandem Rhodo potiuntur. Malefici homines fuisse traduntur, solo aspectu omnia effascinantes. *Hesychius, Suid.*

Mosis in Ægypto bella, quæ Josephus memorat, cordatioribus viris fabulosa videntur.

Disciplina Severiores.

IX

Qui Druidas in Gallia hoc ævo floruisse docent, somnari videntur.

Joseph in Ægypto Mercurialium virorum Menas, & veræ sapientiæ magister. *Abulensis.*

Theman urbs Idumæe, Jobo florente, literarum studiis nobilis. *SS. Interpretes.*

Prometeus, & Atlas Astrologiæ cultu celebres. Moses Ægyptiorum literis excolitur.

Chaldæi Astronomi in Orchenos, & Borsipenos distincti. *Vossius.*

Jurisprudentia. Medicina.

X

Medicinæ repertorem Apin Ægyptium pluri agnoscunt.

Et cum

Et cum ejus imagini symbolum Solis inesset, hinc Æsculapium suum, quem Græci Medicinæ parentem prædicant, Apollinis filium dixerunt. *Huetius.*

In Josephi Patriarchæ familia fuisse Servos Medicos. Sacræ literæ testantur. *Genes. 50.*

XI

Litera Humaniores.

Grammaticam à Prometheo inventam Græcorum sequuti fabulas Suidas, & Cedrenus affirmant.

Foy gentis Rex Sinenses characteres, ut Kirchærus ex eorum monumentis tradit, Ægyptiacos Rex Memnon invenit. *Plin.*

Hieroglyphicas tamen literas antea Atothis, sive Mercurius I. invenerat.

XII

Artes. Nova inventa.

Betylia, hoc est lapides uncti ab Vrano, sive Cælo Deo, ut Sanchoniaton tradit, inventa sunt. Erant hi Statuæ horum temporum.

Aliquid melius in simulacris effingendis Ægyptii conati sunt, ita tamen, ut vix oculi distinguerentur, & nec brachia, nec pedes disjungerentur, ut videre est in Tabula Isiaca Bembina, ac tribus vetustissimis Ægyptii lapidis simulacris, quæ servat nobilissima Caroli Card. Barberini Pinacotheca.

Prometheus ignem è silice eljiciendi, & alendi rationem invenit. Hinc fabulæ locus de igne per eum è Cælo raptum.

XIII

Natales Urbium. Architectura opera.

Sparta à Sparto Phoronæi f. condita 2336. Alii
ma-

malunt à Lacedemone, cujus uxor Sparta .

Memnonis statua ad Solis exortum vocalis 2438.
à Cambyse postea diffissa. Pyramides aliquæ in
Ægypto à Pharaone Oro erectæ 2480.

Athenæ à Cecrope fundatæ 2496.

Viri, & Res memorabiles .

XIV

Grassante per Palæstinam, vicinasque regio-
nes fame, filii Jacob in Ægyptum proficiscuntur
2327.


Apis post mortem in Ægypto divinis conse-
cratur honoribus. Hunc Ægyptium cum Argi-
vo Api plerique confundunt .

Callythia Junonis Sacerdos Argo regnante
flore .

Phorbas dictus Ophiacus Rhodo à serpentibus
liberata .



Ab



Ab ANNO 2500 Ad 2600.

I

Progenitores Abrahami.

JUDICES HEBRÆORUM.

Josue à 2584. ad 2600. 17
Annus agens 94. Mose successit, & quamvis Dux potius, quam Judicis nomine profuerit Hebrais, iis nihilominus annumeratur.

II

Religionis incrementa, & damna.

Agni Paschalis esus, Deo jubente 2544.
 Phase seu Pascha, solemnesque Azimorum feriae à Mose institutæ, partæ libertatis monumentum.

Lex à Deo per Moysem data ad Sinam montem 2544.

Vitulus aureus adoratur 2544.

Aaron I. Hebræorum Pontifex, & filii consecrantur 2545.

Eleazar f. Aaroni in Pontificatu succedit 2583.

Primus annus Sabbaticus 2595.

III

*Humani Generis divisio in gentes.
 Hebræorum Politica.*

Exitus

Israelis

Ab Æ-

gypto

2544.

Ætas

IV.

Moses fugit ex Aula 2503.

Exitus Israelis ab Ægypto 2544.

Exploratores ex Phara solitudine in Palestinam missi 2545.

Israelitæ in solitudine per annos 40.

Tribunal primarium Synedrium à Mose Iethri consilio institutum. Feli-

Felicia Hebræorum bella in Palæstina, Josue
Duce .
Victoribus Israelitis Palæstina dividitur .

ad
Tēpl.
Salom.

Res supra naturam .

IV

Prodigia à Moyse patrata , vulgò Decem Æ-
gypti Plagæ 2543.

IV

Columna Dux populi Hebræi .

Transitus populi per mare Rubrum ad Mosai-
cæ Virgæ contactum divisum 2544. Item manna
è Cælo : aqua è rupe .

Chore, Datan, & Abiron Mosi, & Aroni ob-
trectantes, vasto terræ hiatu absorbentur .

Sol sistitur ad imperium Josue 2584.

Hericunctis muri concinentibus Hebræorum
tubis cadunt 2584.

Monarchæ .

V

Amyntes ad 2566. 45

Elochus ad 2590. 25

Hujus filia Atossa, siue Semiramis, quæ cum patre
annos 12. regnavit, & sub Columba specie culta est
à Syris ; sed hoc aliqui ad primam Semiramidem.
referunt .

Balatores, siue Bellepares ad 2620. 30

Regna, & Respublica in Græcia .

VI

Sicyone regnant Corax 30. Epopeus 35. Lao-
medon 40.

Argis regnant Triopas 46. Crotopus 27. Sthe-
nelus 9. Inachidarum ultimus .

Post hunc Danaus Ægyptius, pulso Gelanore,
regnat 50. Ab eo Danaida.

C

Athe-

Athenis regnant Cranaus 9, Amphiction 10, E-
richtonius 50
Lacedæmoniorum Regnum incipit 2570.
Lelex I. Lacedæmoniorum Rex indigena.

Regna, & Principatus extra Græciam.

In Ægypto Reges Pastores usque ad finem XII.
seculi post diluuium.

Inter Memphitarum Reges ibidem memoratur
Pharao Cenchris, qui fugientes Hebræos insequens
Rubri maris fluctibus hauritus, cum suis interit.

Troja Rex I. Dardanus, Jovis, & Electræ f. At-
lantis nepos ab anno 2574. 31. mox Erichonius 65.

Bella.

Chaldæi pugnant in Phœnices 2507.

Disciplina severiores.

Tota doctrinarum gloria erat adhuc apud Chal-
dæos, Ægyptios, & Indos.

Mercurius II. sive Hermes Ægyptius Trisme-
gistus, quia Rex, Sacerdos, Philosophus, collegit
doctrinæ monumenta, quæ Mercurius I. iusserat
in stelis describi, vulgavitq. primus.

Supposititi tamen libri Pemandræ, & Asele-
pii nominibus inscripti.

Endymion pastor in Caria monte Latmo ob Lu-
næ cursum diligentius observatum, ejus amator à
Poetis dicitur.

Jurisprudentia, Medicina.

In Sina Monte leges à Deo acceptæ, Hebræis
per Mosem datæ.

Eodem

Eodem prorsus anno 2545. quo Moses Synedrion instituit, Athenis Areopagus est constitutus. *Salianus.*

Mosem Medicæ artis peritum, ac proinde ob hoc etiam ex eo Æsculapium effictum à Græcis fabularum architectis contendit Huetius in *Demonstr. Evangel.*

Litera Humaniores.

XI

Moyfes Pentateuchum, & Jobi Historiam Poeticè digestam. Josue in libro cognomine res à se gestas describit. *SS. Interpr.*

Poesis exortum agnoscunt plerique in Moyfis, & Maria Cantico post transitum maris Rubri 2544. *Zoroastris enim Poemata ab Ermippo illustrata, supposititia censentur.*

Cadmus Europam sororem quærens literas à Phœnicia deportat in Græciam 2596.

Artes. Nova inventa.

XII

Cùm Dii sub animalium formis in Hieroglyphicis notarentur, prima apud Ægyptios Deorum simulacra fuere animalia, & præcipuè Boves.

Hinc & Vitulus aureus Hebræorum, Ægyptiis imitantium.

Trochilus currum primus jungit 2507. Alii id tribuunt Erichtonio R.

Panathenæici ludi Delphis 2565.

Hercules Phœnicicus, seu Tyrius purpuram à cane maxillas cruentato edoctus monstravit. Huic postea humanis victimis sub Molochi nomine litatum est.

XIII

Natales Urbium. Architectura opera.

Corinthus instaurata, quæ prius Ephira dicebatur.

Dardania, quæ postea Troja dicta est, à Dardano conditur 2574. Fabularum Seges.

Delphicum Templum Apollini Sacrum.

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Thessalia per eluvionem obruta, Deucalione, & Pyrrha in Parnasso regnantibus 2540.

Eadem ferè tempestate Phaetonte Rege maximum ad Eridanum exarsit incendium. Hinc fabulæ locus.

Hellen Deucalionis filius, à quo Græci dicti Hellenistæ. Ex eo nati Æolus, Dorus, & Xutus, ex quibus Græci propagati sunt.

Oenotrus cum Arcadum colonia in Italia.

Europa rapta à Jove Tauro Cretæ Rege: sive evecta navi, cui Tauri nomen.



Pro-

Ab ANNO 2600. Ad 2700.

Progenitores Abrahami.

Othoniel à 2600. ad 2640.

Aod ad 2720.

Qui plures eodem tempore apud Hebraos fuisse aliquando *Judices* docent, vel aliena, vel parum consona sacris literis docent.

Falli videntur, qui post Aodum inter *Judices Samarum* numerant.

Religionis incrementa, & damna.

Pontifices Phinees, Abisue.

Cinorum migratio amore solitudinis. Erant hi eorum quodammodo temporum religiosi.

Michas Idoli author, quod Israelitæ nonnulli præsertim ex Tribu Dan, usque ad Samuelis tempora coluere.

Primus Annus Jubilæus 2637.

Hebræi cum propinquis Chananæis, Hethæis aliisque cōnubia jungentes, eorum Deos colunt, Othoniele, & Aodo *Judicibus*.

Humani Generis divisio in gentes.

Hebraorum Politica.

Othoniel Aodizedecum captum mutilat 2601: & populum resipiscentem vindicat in libertatem.

Historia Michæ Levitæ, & clades Tribus Benjamin 2620.

Servitus I. Hebræorum sub Cufano ab anno 2623. ad 2631. per ann. 8. liberantur ab Othonele.
 Servitus II. sub Eglone Moab. an. 18. cessat, occiso per Aodum tyranno 2669. *MA DA*

IV

Res supra naturam.

Cum tot præcedenti sæculo prodigia per Moysem, & Josue patrata fuissent, eaque adhuc à Nepotibus passim celebrarentur, Israelitæ novis ad asserendam religionis veritatem non indigebant; quare hinc fortasse factum est, ut nullum hoc ævo contigisse memoretur.

V

Monarcha.

Lamprides ad 2651. 30

Sofares ad 2671. 20

Lampares ad 2700. 30

VI

Regna, & Respublica in Gracia.

Sicyone regnant Sicyon, à quo regio dicta est Sicyonia 45. Blybus 40.

Argis Lynceus, Danaï ex fr. Ægypto nepos 40. Abas 23. Prætus 17.

Athenis Pandion 40. Erechteus 50.

Lacedæmone Myles Eurotas.

Corinthiorum Regnum incipit 2645.

Sisyphus, à quo Reges dicti Sisyphidæ Rex I. Ornithion II.

VII

Regna, & Principatus extra Graciam.

In Ægypto præter Tanitas Pastores, regnant apud Thebanos Maris, Siphos, Phouron, seu Nilus.

In

In Creta Jupiter Taurus, à quo rapta est Europa. Post eum Minos, Rhadamantus, Sarpedon fr. Trojæ Rex Tros, à quo dicta Troja 70. *Hujus fr. Callirrhoe pater Ili, Ganimedis, & Assuraci, à quo genitus Anchises Ænea pater.*

Bella.

Eleusini, adscito Eumolpo Thrace, bellum cum Atheniensibus gerunt 2669.
Tros in Tantalum Meniæ Regem, qui Ganimedem rapuerat, arma movet 2678.

Tantali jussu, qui Phrygius Jupiter est appellatus, in navi cui Aquila nomen erat, avectus est. Hinc fabula.

Disciplina Severiores.

Cariath Sepher, hoc est Civitas literarum, Academia Palæstinæ ante Othonielis tempora SS. *Interprates.*

Arithmeticæ inventum Phœnicibus tribui consuevit, quia mortalium primi mercaturam exercuisse hoc ævo censentur; sed ejus inventio, ut monuimus, longè vetustior.

Jurisprudentia. Medicina.

Vetustissimum Codicem Chaster, Religionis dogmata complexum per hæc tempora à Deo traditum Bremavio Patriarchæ fabulantur Indi. *Huet.*

Minos Crætensis, Rhadamantus Lyciis jura severissima tradunt.

Melampus Argivus Medicus Rege Præto. Huic templum erectum, & sacrificia statuta scribit Pausan. l. 1. *Libri tamen, qui sub ejus nomine prodierunt, supposititii censentur.*

VIII

IX

X

XI

Litera Humaniores.

Phœmonoe Vates Delphis reddit oracula heroicis
versibus, quorum primus Latinè redditus fuisse
fertur à Strabone l. 9. Geogr.

Et pennas volucres, & apes date mella, favosque.
Olen Lycius hymnos composuit, qui cantari
solebant in Delo. *Herod. l. 4.*

Linus Thebanus Rythmorum, & melodix apud
Græcos inventor, Orphei magister.

XII

Artes. Nova inventa.

Ida monte conflagrante, incolæ Dactyli ferri
fundendi rationem discunt 2613.

Eumolpus mysteria Cereris instituit 2658.

Acrisius, & Prætus Argivi Clypeum primi
adhibent in bello.

Isthmiorum ludorum institutio per Pelopem.
Tantali filium Pisæ Regem 2693.

XIII

Natales Urbium. Architectura opera.

Thebæ in Bœotia per Cadmum conditæ 2620.
Seu potius Cadmia, cui postea adjecta Theba.

Corinthus per Sisyphum iterum instaurata.
2630.

Amphion Thebas mœnibus cingit 2640. *His
per conciliatos blanda oratione agrestes homines ex-
structis, magnam Poetis montiendi licentiam fecit.*

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Phlegias Templum Apollinis Delphis incen-
dit 2603.

Philomela, Procne, Itys, Tereus Pandionis ff.
Ory-

Orythia Erechtei filia à Borea rapta 2660. Ex
his nati Zetes; & Callais.

Phrixi cum Helle sorore fuga 2671. *Ab hac
Helleponso nomen.*

Dirce taurinæ caudæ alligata raptatur, & oc-
ciditur, Amphione, & Zethe matris Antiopes
injurias ulciscens.





Ab ANNO 2700 Ad 2800.

I *Progenitores Abrahami*

Debbora Prophet. ad 2760. 40.

*Fœmina supra Viros fortis Lapidothi uxor sub palma
Jus populo dicebat :*

Gedeon ad 2800. 40

*Jerobaal etiam cognominatus est, ex qua voce cor-
rupta Hierombalus dictus est ab aequali Historico San-
choniato. Huterius.*

II *Religionis incrementa, & damna*

Pontifices Bocci, Oza, Zarajas.

Sub extremis Aodi Judicis annis, vel statim ab
ipsius obitu Israelitæ ad Idolorum cultum decli-
nant.

Mortuis Debbora, & Baracco, rursus Deorum
simulacra colunt Hebræi.

Baal à Gedeonis patre adoratur.

III *Humani generis divisio in gentes.
Hebraorum politica.*

Samgar Philistæos sexcentos vomere interficit
sub Aodo.

Judæorum Servitus sub Jabino Chananæo à 2721.
ad 2740. a qua liberantur, victo per Debboram,
& Baraccum Sisara, cujus lacte sopiti tempora-
trabili clavo Jahel trajecit.

Madianitis ann. 7. serviunt Hebræi, liberantur
à Gedeone 2768.

Res

Res supra naturam

IV

Debbora, accepto divinitus per Angelum mandato, Baraccum ad bellum contra Madianitas vocat 2740.

Gedeon, Angelo hortante Baalis Idolum, & lucum evertit 2768.

Idem roris, ac velleris miraculo confirmatus per viros 300. tubis, ac lampadibus armatos, Madianitas profligat 2768. Hi enim insolita pugnae specie turbati mutua se caede conficiunt.

Monarchæ.

V

Panyas ad 2745. 45

Sofarmis ad 2764. 19

Mithræus ad 2791. 27

Theutamus ad 2823. 32

Regna, & Respublica in Græcia.

VI

Sicyone regnant Janiscus 42. Phæstus 8. Adra-
tus 4. Polyphides 3.

Argis Acrisius Danaes pater 32. quo per im-
prudenciam a Perseo Danaes filio interempto,
regnum Mycenæ transfertur 2742.

Mycenarum Rex I. Perseus 57. Taphius 17.

Athenis Pandion II. 25. Ægeus 48.

Lacedæmone, Lacedæmon, Amyclas, Argolus,
Cynortas, Oebalus.

Corinthei Thoas.

Regna, & Principatus, extra Græciam.

VII

In Ægypto Reges Thebani, & Tanitæ Pastores.

In Creta Jupiter III. Saturni f. pulso patre. Hu-
jus sffr. Neptunus, & Pluto.

Tro-

Trojani Reges, Ilus, à quo Ilium 54. Laomedon. 36.

Latii, seu Aboriginum Rex I. Janus à 2722. 35. Post eum Saturnus ex Creta profugus 36. Pius f. 37.

VIII

Bella.

Bacchi Jovis, & Semeles filii Indica expeditio 2720. *Aliis nominibus Liber, Dionysius.*

Perfæi Jovis, & Danaes f. expeditio, in qua Medusam obruncat, Andromedam Cephei filiam liberat 2733.

Siculi, qui Latio pulsi per Aborigenes à Morge Itali f. sedes acceperant in Oenotria, Siculo tandem Duce Trinacriam armis occupant, quæ ab illis Sicilia est appellata 2770.

Amphitryo Alcmenæ maritus armis inclytus cum Telebois bellum gessit.

IX

Disciplina Severiores.

Mercurius Ægyptius hujus nominis quintus, ut Ciceroni, & Lactantio placet.

Antandri in urbe sub Ida Prygiæ monte literarum Academiam floruisse docet Athenæus.

X

Jurisprudentia. Medicina.

Mercurius Ægyptiorum Legislator. Cic. 3. de Nat. Deor. Lactant. l. 1. c. 6.

— Indi à Baccho domiti, & mansuetiorum legum cultu imbuti sunt. *Arrian. de Gestis Alexandri.*

Acrisius Argivorum R. Amphyctiones, gravissimum Græciæ Consilium instituit. Alii tradunt ab Amphyctione Heleni f. constitutum. Constabat

bat

bat primò ex septem, postea ex tredecim Græciæ Civitatibus *Strabo l.8.9.*

Literæ Humaniores .

XI

Sanchoniaton Phœnix Historicus , post Moysem antiquissimus , à quo didicit .

Pittheus Thesei maternus avus, eloquentiæ primus præcepta proposuit .

Debora vates , & Poëtria , ut liquet ex ejus Cantico .

Orpheus Poeta . *Carmina tamen illius nomen, præferentia merito tribuuntur. Onomacrito , qui floruit saecul. 36.*

Musæus Hymnographus Orphei discipulus .

Artes Nova inventa .

XII

Orpheus Lyristes celeberrimus, feras, sylvas, & saxa, hoc est rudes homines, traxisse scribitur .

Pluto Jovis frater funerum pompam primus adhibet, & inde inferorum Deus à Poëtis dicitur.

Neptunus Jovis pariter fr. Nauticæ rei , cui præerat peritissimus, Maris Deus appellatur .

Argonautæ clarent , inter quos Jason 2793, Eorum ductor Tiphys .

Natales Urbium . Architectura opera .

X-III

Nysa urbs prope Indum fluvium à Baccho condita .

Cyzicus in Hellesponto fundata 2771.

Miletus coloniarum postea multitudine celebris in ora maris Ægæi 2779.

Tyrus in Phœnicia instauratur 2783.

Laomedon Trojæ muros erigit 2794. mox , ob
nega-

negatam Herculi, & focis pactam mercedem, ab illis obtruncatur.

XIV


Viri, & Res memorabiles.

Midas mortalium omnium ditissimus; sed auribus asininis, regnat in Phrygia 2731.

Pelops Tantali filius Hippodamiam ducit, praestitit ludis Olympicis 2732.

Faunus Latinus, Rex Faunorum pater habitus, quia illis aras erexit.

Minos II. Cretae R. instructa classe maris imperium primus tenuit. *Thucid. l. 1.*



Pro-

Ab A N N O 1800. Ad 1900.

Progenitores Abrahami.

Abimelech ad 2803.	3
Thola ad 2826.	23
Jair Galaadites ad 2848.	22
Jephte ad 2854.	6
Abesan ad 2861.	7
Ajalon ad 2871.	10
Abdon ad 2879.	8
Samson ad 2890.	10

VI
I
Judi-
ces
Hebr.

Religionis incrementa & damna.

Pontifices Nerajoth, & Amarias postremus e posteris Elezari; eo enim mortuo, successit He-
 li, e nepotibus Ithamaris, quem Aaron secundo
 loco genuerat.
 Baalim, & Astaroth adorantur ab Hebraeis.
 Ruth uxor Boob, mater Obed, avia Davidis R.
 Jephte: victis Amonitis, voti reus filiam ma-
 tris 2849.

V
I I
IV

*Humani generis divisio in gentes
Hebraorum politica.*

Abimelechus Gedeonis f. caelis 90. fratribus,
 tyrannidem occupat 2801.
 Quarta Hebraorum Servitus sub Ammonitis
 per annos 18. ab an, 2832.
 Jephte Ammonitis praelio vincit, & populum
 a servitute liberat 2849. Sam-

III

Samson (Dalila, quam deperibat, prodente) amissis cum coma viribus, Philistæis hostibus traditur, à quibus orbat lumina 1898.

IV

Res supra naturam.

Angelus uxori Manuæ Samsonis ortum præ-nunciat 1861.

Samson sitiens, ex asini maxilla, qua hostes trucidarat, fufis ad Deum precibus, fontem elicit.

Idem, receptis cum capillo viribus, domus ejus, unde ludentem ipsum Philistæi spectabant, concussis confractisque columnis, ædium ruina victor hostium oppressus est. 1785

V

Monarchia.

Tentius ad 1863. 40

Thineus ad 1893. 30

Dercylas ad 1934. 40

VI

Regna, & Respublica in Græcia.

Sicyone regnant Pelasgus 20. Zeuxippus 33. Sacerdotes post illum 33.

His ab Agamemnone potestas omnis crepta.


Micenis Stenelus 8. Eurystheus 43.

Atreus & Thyestes 8. Agamemnon 17. Ægistus 7. Orestes 7.

Athenis Theseus 31. Mnestheus 18. Demophon 33.

Lacedamone Tyndarus, Castor & Pollux, Menelaus, Orestes.

Corinthi Damophon, Propodas.



Re-

Regna, & Principatus extra Graciam.

VII

In Ægypto, regnante apud Thebanos Thumno-
fi, pulsi Pastores, qui post annos 13 redeuntes
iterum pulsi ab Amenophe.

In Creta Minos II. Ariadnæ, Androgei, &
Phædræ pater.

Trojani Reges, Priamus, sub quo Troja everfa
40.

Latii Reges, Faunus 44. Latinus 46.

Æneas Troja profugus ducta Lavinia Latini f.
4. Ascanius f. 38.

Lydorum R. primus Argon Herculis f. 2835.
Post eum ignoti Successores ad Candaulem.

Bella.

VIII

Septem Duces ad Thebas 2833.

Epigoni Thebis potiuntur 2842.

Amazones Asiam armis occupant; mox in
Atticam irrupentes ab Hercule, & Theseo supe-
rantur 2845.

Bellum Trojanum ob Helenam Menelai uxorem
à Paride raptam 2861.

Troja capta, & incendio consumpta 2870.

Bellum Æneæ cum Turno 2872.

Disciplina Severiores.

IX

Ænigmatibus proponendis, & solvendis hujus
ævi sapientes exercebantur, ut apparet ex Sam-
sonis historia, & Oedipodis fabula.

Perseveravit idem sapientiæ experimentum ad
Æsopi fabulatoris tempora, ut è Sabæ Regina
Salomonem adeuntis historia, & ejusdem Æsopi
vita licet agnoscere.

D

Istrif-

X

Jurisprudentia . Medicina .

Atheniensibus à Theseo leges datas Plutarchus docet in Vita ejusdem .

Chiron medicus Panaceæ inventor , & Achillis præceptor .

Æsculapius Chironis discipulus , & Medicorum celeberrimus apud Græcos , qui ab Ægyptio Æsculapio hoc ei nomen fecere ; Cic. l. 3. de Natur. tres Græcorum Æsculapios agnoscit .

Machaon , & Podalirius Æsculapii filii , & artis hæredes , Trojani belli tempore curandis vulneribus celebres .

XI

Litera Humaniores .

Eloquentiæ tria genera in Menelao , Nestore , & Ulysse apud Homerum plerique agnoscunt .

Paris Alexander Antandri sub Ida monte literis excultus Ceston Veneris scribit : *Athenæus* .

Daphne Tiresiæ filia Poetria nobilis , è cujus carminibus profecit Homerus .

Nicostrata , quæ carminibus reddens oracula , dicta est Carmenta , ex Arcadia cum Evandro literas affert in Latium .

A Palamede plures Græci characteres inventi .

XII

Artes . Nova inventa .

Hercules Alcmææ f. Olympicos ludos restituit 2836 .

Dædali inventa promovendis artibus opportuna , Ascia , Serra , Perpendicularum , Terebra , Glutinum , Ithyocolla .

Idem primus in statuis apertos oculos , & crura

ra

ra disjuncta, & brachia à corpore disparata faciens, hominum admirationem obtinuit. *Diodor. l. 4.*

Idem primus navibus aptavit vela, quæ à Pœtis in alas conversa sunt.

Latrunculorum ludus à Palamede inventus.

Natales Urbium. Architectura opera.

XIII

Labyrinthum Cretensem à Dædalo 2800. elaboratum plurimi scribunt; sed revera Labyrinthus nil aliud fuit, quàm ingentes, ac tortuosæ secturæ, quæ ad radices Idæ montis actæ sunt, cum lapides ad Gnosson, aliasq. urbes condendas exciderentur. *Huetius in Demonst. Evang.*

Scylacium in Brutiis Atheniensium colonia.

Laurentum ab Ænea conditum 2872.

Viri, & Res memorabiles.

XIV

Theseus victo Minotauro, redit Athenas 2823.

Æta, Jason, Medea, Tiresias, Oedipus, Sphinx, Laius, Jocasta, Creon, Electra, Orestes, & Pylades, nomina fabulis inclyta.

Hercules labores, & vitam exitu infelicissimo claudit 2854.

Antenor, & Æneas Trojæ proditores in Italiam navigant 2870.

Ægisthus reducem Troja Agamemnonem interficit, ille ab Oreste trucidatur 2878.





Ab A N N O 2900. Ad 3000.

I	<i>Progenitores Abrahami.</i>
	Heli Judex, & Pontifex ad 2939. 40
	Samuel ad 2962. 22
	<i>Hebrai Regem petunt, & impetrant 2962.</i>
	REGES HEBRÆORUM.
	Saul f. Chusi ad 2979. 18
	<i>Primus Regum oleo Sancto unctus.</i>
	David f. Isai ad 3021. 42
II	<i>Religionis incrementa, & damna.</i>
	Pontifices, Heli primus è posteris Ithamaris, Achitob, Achimelech, Abiatar.
	Saul divinitus electus in Regem, contra Divinum præceptum parit Agago, & rejicitur.
	Achimelech Pontif. cum 83. Sacerdotibus jussu Saulis cæditur 2968.
	David post adulterium, & Uriæ cædem monitus à Nathano Propheta resipiscit 2999.
III	<i>Humani Generis divisio in gentes.</i>
	<i>Hebraorum Politica.</i>
	Ophni, & Phinees Heli ff. cæduntur in prælio à Phylistæis, capitur Arca, Heli obit ex casu 2959.
	Israelitæ Philistæos vincunt in Maspha 2960.
	David in monomachia Goliath interficit 2971.
	Saul de Amalecitis, & aliis victor, à Philistæis victus se ipsum confodit 2979.

Da-

David feliciter præliatur ab an. 2990. ad 2996.

Res supra naturam.

IV

Arca Dei apud hostes captiva, ingentes hostium
Diis, corporibus, agris clades infert 2939.

Arca plastro imposita, nullo rectore, à bobus
in fines Hebræorum devehitur 2940.

Bethfamitarum supra 50. millia divinitus pe-
reunt, Arca curiosius spectata.

Arca transfertur in Sion. Oza, illam ausus
contingere, illic perit 2990.

Monarcha.

V

Eupales ad 2971.	38
------------------	----

Laostenes ad 3016.	45
--------------------	----

Regna, & Respublica in Græcia.

VI

Athenis regnant Oxynthus 13. Aphidas 1. Thy-
moetes 8. Melanthus 12. Codrus ultimus Regum 17.
Lacedæmone, Orestes, Thisamenus.

Mox Heraclidæ.

Mycenis Orestes, Thisamenus, Penthylus, Co-
metes Orestis ff.

Corinthi Dorydas, Hiantidas Sisyphidarum
ultimi. Alethes Ixion.

Heraclida Ducibus Temene, Ctesiphonte, & Ari-
stodemo Aristomachi ff. 2951. redeunt in Peloponne-
sum. Temenes Argorum, Aletes Corinthi, Eurysthe-
nes, & Proclus Lacedæmonis potiuntur. Ex his duo
semper Reges apud Lacedæmones

Regna, & Principatus extra Græciam.

VII

In Ægypto apud Thebanos ex Manethone

D 3

re-

regnat Orus, sive is, de quo dictum, sive alius? Mox tota regio in ditionem unius redigitur. Memorantur præcipuè Acencheres tres, Rhamesses duo.

Latini Reges Silvius Posthumus 29.

Ab hoc Reges Albe dicti Silvii.

Æneas Silvius 31. Latinus II. 51.

Tyriorum Rex I. Abibalus 2984. & post eum Hiramus f. Davidis amicus 60.

Sibdagerus primus tria simul regna possidet, Sueciam, Norvevgiam, Gothiam 3940.

Danus primus regnat apud solos Danos, jñsque nomen facit 2983.

Nagari videntur qui Albionem Britannia nomen hoc ævo à Brito, sive Bruto Ascanii filio consecutam tradunt, docentes eum illic primùm Regnum auspiciatum, cùm ante habitaretur à Gigantibus.

VIII

Bella.

Heraclidæ Athenis bello infesti, sed victi se devovent.

Amazones per Asiam arma circumferunt 2906. Heraclidæ, hoc est Herculis posterij, Peloponnesum occupant, Ducibus Temeno, Cresiphonte, & Aristodemo 2051.

IX

Disciplina Severiores.

Najoth hoc est, ut interpretatur Chaldæus, *Domus doctrinae*, Sedes erat Samuelis, in urbe, sive agro Ramathæ, in qua Hebræos adolescentes sacris litteris informabat. *Abulens. Serrarius.*

Abela Palæstinæ Academia. *Cornel. à Lapide, & alii in c. 20. l. 2. Reg.*

Ju-

Jurisprudentia . Medicina .

Italus Telegoni f. leges Oenotriis tulit *Hygin. fab. 127.*

X

Prodicus Æsculapii discipulus medicinam instituit, quam Jatralepticen vocant. *Plin. l. 29. c. 1.*

Jatraleptice medicina apud veteres erat, qua unguentis, & perfrictionibus medebatur corporis morbis. Jatraplitæ hi quorum opera Medici in unguendo utebantur.

Literæ Humaniores .

XI

Samueli Judicum, & Rhutæ Historiam plerique omnes tribuunt, ac simul partem primam libri, qui Samuel inscribitur. *SS. Interpr.*

Davidi Sacrorum Poetarum principi præcipuam Psalmorum partem, non omnes adscribimus. *SS. Interpretes .*

Odas, Hymnos, Psalmos, & alia Cantica scripsit metro vario. *Genebrard.*

Syagrius Poeta Græcus, teste Æliano, Bellum Trojanum ante Homerum cecinit.

Artes . Nova inventa .

XII

Apaturias, hoc est Deceptionis festum ab Atheniensibus institutum, cum Xantus Bœotorum Dux Melanthi astu cæsus esset. *Polian. Stratag. l. 1.*

Regem hunc Atheniensium alii Thimætem appellant apud Eusebium, traduntque Melanthum ejus fuisse Successorem.

Natales Urbium . Architecturæ opera .

XIII

Alba in Latio ab Ascanio Æneæ f. 3903.

D 4

Præ-

Præneſte à Telegono Vlyſſis f. & Tuſculum. nunc dirutum ab eodem conduntur. *Quod nunc Fraſcatum dicimus ex ejus reliquiis exſtructum, ab eo diſtat, quod in Vallens oppoſitam, & nulla ratione Romam reſpiciebant; ut eruditè Fabrettus in Apol.*
 Plura in Leſbo conduntur oppida, & inſula frequentatur. Herodot.

CIV


Viri, & Reſ memorabiles.

Penthilus Oreſtis f. Coloniam è Græcia Thraciam ducit 2951. Diſta eſt Æolica migratio.

Tiſamenes Penthili fr. Græcorum colonia in Aſiam ducta, Jonios vicit, & expulit. Hæc diſta eſt Ionica migratio 2952.

Theres Myniarum Coloniam ducit in Inſulam, quæ cùm Calliſtus diceretur, ab eo poſtmodum Thera eſt appellata.

Codrus Athenarum R. poſtremus egregiæ in Patriam pietatis laudem tulit, morte pro ejuſdem ſalute fortiter quæſita 2983.





Ab ANNO 3000. Ad 3100.

Progenitores Abrahami

Salomon Davidis f. ad 3059. 40

Roboam Salomonis f. ad 3060. 1

Ab anno 3060. Tribus Jude, & Benjamin Roboamo, reliqua ab eo deficientes Jeroboamo parent; & hinc Hebraorum Regnum in duo dividitur.

REGES JUDA.

REGES ISRAEL.

Roboam ad 3076. 16 | Jeroboam ad 3081. 21

Abias ad 3079. 3 | Nabad ad 3082. 1

Afa ad 3111. 41 | Baasa ad 3105. 23

Religionis incrementa, & damna.

Pontifices iterum è posteris Eleazari, quorum primus Sadoc, mox Achimaas, Azarias.

Nathan Davidis f. à quo Christi Genealogia ducitur.

Salomon Templi fundamenta ponit 3023. absolvit 3030.

Festum primæ Dedicacionis Templi.

Salomon amat alienigenas, Diis templa, & aras erigit 3054.

Jeroboam aureos vitulos adorandos proponit 3061.

Humani generis divisio in gentes.

Hebraorum politica.

Abfalon Ammonem fratrem interficit 3002.

Da-

I
Tem-
plum
Salom.
Ætas
V. ad
Cyri
Mo-
narch.

II

III

Davidem patrem Absalon regno pellit; sed mox dum fugiens crinibus pendet è quercu, à Joabo confoditur 3009.

David movet in Philistæos, illosque quatuor præliis profligat à 3012. ad 3014.

Afa Zaram Æthiopiæ Regem vincit, & ingenti præda potitur 3094.

IV

Res supra naturam.

Pestis divinitus immissa ob numeratum jussu Davidis populum, Angelo gladium condente, cessat 3017.

Salomon post oblatum Gabaonæ Sacrificium, à Deo Sapientiam in somnis petit, & impetrat 3022.

V

Monarcha.

Pyritiades ad 3046. 30

Ophraeus ad 3066. 20

Ophratanes, sive Ephacheres ad 3116. 50

VI

Regna, & Respublica in Gracia.

Athenis, extincto Codro, Archontes perpetui, quorum I. Medon 20. Acaston 36. Archippus 19. Thersippus 41.

Lacedæmone ex Eurysthenis posteris, qui mox dicti sunt Agidæ Agis I. Echestratus, Labotas, Dorysus.

Ex Proclidis Sous, Euripon, Pritanis.

Corinthi Agelas, Prymjus Heraclidarum postremus, post quem Bacchis, à quo Bacchiadæ.

VII

Regna, & Principatus extra Graciam.

In tota Ægypto Amenophis IV. & postea Seso-

Softris, seu Sethosis, & Sefonchis, in SS. literis Sefac, qui victor latè per Asiam dominatus est.

Latini Reges Alba Silvius 39. Capetus 26. Capys 28.

Tyriorum Reges Baleazarus Hiram f. & post hunc usque ad Pygmalionem Reges 7. nullius nominis.

Hispanis imperant Celtæ, & Rhodii.

Bella.

VIII

Sefac in Sacris literis, apud prophanos Auctores Sefostris, Sethos, & Sefonchis, ac Sefonchosis Ægypti R. Hierosolima potitus, Templi thesauros asportat 3064.

Idem Colchos, & Getas armis domuisse, regionesque omnes à se subactas trophæis insignivisse scribitur. *Calvisius perperam duos opinatur esse Sefacum, & Sefostrim. Videatur Marshamus in Canon. Chron. sacul. 14.*

Disciplina Severiores.

IX

Calcol, & Dorda ffr. Sapientiæ, & Philosophiæ laude nobiles. *Joseph. Antiq. 1. 8, c. 2.*

Salomon Philosophorum sapientissimus Proverbiorum, Ecclesiasticis, & aliorum, qui periere librorum scriptor, in Academia, quam Hierosolymis munificentissimè fundaverat, bonas artes profitetur. *Ita Pineda de Reb. Salomon.*

Damnatu liber Clavicula falsò illi tribuitur.

Græci in Ægyptum peregrinantes doctrinarum studia ad suos reportant, quas tamen fabulis corrumpunt.

Inter eos numeratur Homerus.

X

Jurisprudentia . Medicina .

Celeberrimum Salomonis judicium inter fœ-
minas de filio contententes.

Salomone Rege medicos floruisse docet ejus-
dem documentum de honore Medicis habendo a-
pud Ecclesiasticum *cap. 38.*

Quin & ipsum Salomonem Medica scripsisse te-
stantur Josephus, & alii; ac inter ea censendi li-
bri de plantarum virtutibus, quas posteris natu-
ræ scrutator egregius aperuit.

XI

Litera Humaniores .

Natan, & Gad partem primi, totum omnino
secundum Samuelis librum scripsere. *Huet.*

Dares Phrygius Bellum Trojanum descripsit
ante Homerum. *Ptolem. Hephaestio apud Photium in
Biblioth.*

Proverbiorum, Ecclesiasticis, & Cantici libri no-
bilissima sunt Salomonis Poemata. *Videatur Huetius.*

Homerus, & Hesiodus ferè æquales, ut habent
plures, & Marmor Arundelian. , à quo tamen
locantur in sequenti sæculo.

XII

Artes . Nova inventa .

Navigatio Salomonice Classis, seu potius Ca-
tabli in Ophir, Nauticæ rei gloria floruisse He-
bræos ea tempestate doceret, nisi Tyrriorum præ-
cipuè ope id factum ex S. S. Liter. nosceremus.

Æneam Tubam Pisæus Tyrrenus invenit.
Plinius.

Selostris itinera sua in Tabylis proponens Geo-
graphicarum Tabularum rudimenta dedit. *Eustat.
in Epist. prævia ad Dionys. Perieges. Herodot. l. 2.*

Na-

Natales Urbium . Architectura opera .

XIII

Smyrna, & Cumæ 3003. Ephesus 3007. Samos
3064. conditæ.

Templum Salomohis omnium celeberrimum.
3023. cæptum 3030. absolutum.

Ejusdem Regia 3031, Thronus 3042.

Labaris, ut Eusebius, seu Lachares, ut Syncel-
lus, R. Ægyptius in Labyrintho sepulchrum sibi
paravit, Plin. id opus tribuit Petesenco R. sive
Tithoë.

Templum Dianæ Ephesiæ plurimorum Re-
gum opus Architectis Theodoro, & Chersiphro-
ne; sed hoc magnificentius potius extructum,
quàm conditum.

Viri, & Res memorabiles .

XIV

Neocles, & Androcles Codri ff. Græcorum co-
loniam in Asiam ducunt 3010.

Fames ingens in Palestina cessat, duobus Saulis
filiis in crucem actis.

Sesostris Ægypti R. navigabilem alveum à Ni-
lo in mæte rubrum frustra ducere conatur.





Ab A N N O 3100. Ad 3100.

I

Progenitores Abrahami.

REGES JUDA	REGES ISRAEL.
Josaphat ad 3145. 25 <i>An. 3143. fil. adsciscit</i>	Ela ad 3106. 1
Joram ad 3150. 6	Zambri d. 7
Ochozias ad 3151. 1	Amri ad 3117. 11
Athalia ad 3157. 6 <i>Jorami uxor.</i>	Achab ad 3138. 22
Ioas ad 3196. 40	Ochozias ad 3139. 1
	Joram ad 3151. 12
	Jehu ad 3179. 28
	Joachaz ad 3195. 16

II

Religionis incrementa, & damna.

Pontif. Joanan, Azarias, Amarias, Jojadas, Pedajas.

Achab ducta Jezabele templum erigit Baali 3117. Jezabel furit in sacros vates.

Josaphatus Religionem restituit 3122.

Elias, Elifeus, Jonas vaticinio, & sanctimonia clari. Postremus mittitur ad Ninivitas 3168.

Eliæ Discipuli in Monte Carmelo.

Rechabitæ, qui & Cinei Religioforum typus à Jonadab f. Rechab instituti. *S. Hieronym.*

III

Humani generis divisio in gentes.

Hebraorum politica.

Zambri Elæ temulento vitam eripit, mox & ipse septem post dies ab Amri obsesus, se cum universa domo comburit 3106. Isra-

Israelitæ, Achabo regnante, de Benadabo Syro
bis triumphant 3134. 3135.

Mesa Moabitarum Rex obsesus, filium spe-
stantibus Hebræis, maclat 3140.

Joram fratres interficit 3145.

Iehu Achabi Stirpem funditus delet 3151.

Hazaël Syriæ R. Israelitarum regionem ferro,
flammisque vastat 3154.

Res supra naturam.

IV

Elias prodigiis clarus à 3126. ad 3139. quo rap-
tus est igneo curru.

Joram R. Juda literas accipit ab Elia translato
3147.

Elifeus duplici Eliæ spiritu auctus fluvium pal-
lio scissum sicco vestigio transit. Viduæ oleû im-
petrat à Deo. Sunamitidis filium ad vitam revo-
cat, aliisque miraculis fulget.

In piscis devorantis vtero illæsus Jonas tridu-
um agit 3168.

Monarcha.

V

Acracarnes ad 3157.

41

Sardanapalus, seu Tonos Conioleros, quem pro-
fligavit Arbaces Medus, & Belesus ad 3178. 20


Hinc divisa Assyriorum Monarchia:

Arbaces victor Regnum Medorum, & Persa-
rum, aliaque tenuit.

28

Belesus, qui dictus est Phul-Bel-Ochus Assyrio-
rum regnum, vicinasque regiones obtinuit per
annos

48



Re-

VI

Regna, & Respublica in Gracia.

Athenis Archontes, Phorbas 31. Megacles 30.
Diognetus 28. Phereclus 19.

Lacedæmone regnant ex Agid. Agefilaus I.
Archelaus .

Ex Proclid. Eunomus, Polydectes, Charilaus
Lycurgi ex fr. nepos .

Corinthi ex Bacchiadis Agelaustus . Eudemus,
Aristodemas.

VII

Regna, & Principatus extra Graciam.

In Ægypto Rhamfes, mox Amenophis V. qui-
busdam Memnon, & Rameses .

Latini Reges, Galpetus 13. Tyberinus 9.

Ab hoc Tyberi nomen factum.

Aremulus Agrippa 41. Alladius, sive Aremu-
lus Silvius 19.

Tyriorum R. XII. Pygmalion 47. Sichæo pa-
truele per fraudem interempto, infamis .

Carthago Vrbs, & Regnum 3166.

Regina Dido Tyria . Sed postea in Rempubli-
cam conversum est.

VIII

Bella.

Bella aliquot levia Archelai, & Charilai Lacedæ-
moniorum Regum in Peloponneso .

Tyberinus dum victus ab hostibus fugit, Ty-
beri mergitur, eiq; nomen facit.

Sabaco Æthiopum R. profligatis pluribus Ægy-
pti Regulis, ea potitur, vel in fine hujus, vel ini-
tio sequentis sæculi. Cùmque in ea regnasset an-
nos 50. somno monitus ultrò abiit. *Herodot. l. 2.*

Di-

Disciplina Severiores.

IX

Omnis posthac Theogonia, & Philosophia Græcorum ab Homeri, & Hesiodi fontibus fluxit, qui ab Hebræis, & Ægyptiis accepta, fabulis, & commentis Poeticis involuta posteris tradidere, eosque sequentium sæculorum Scriptores imitati, omnia plusquam cimmeriis tenebris obduxerunt.

Videatur Huetius in Demonstr. Evan. tom. 1. Propos. 2. cap. 2. & Pineda de Reb. Salomon.

Jurisprudencia. Medicina.

X

Lycurgus Charilai nepotis tutor integerrimus, & Spartanorum Legislator 3170. ad temperandum solutum Regum imperium Synedrion 28. Seniorum addidit. *Plutarch.*

In Medicorum arte plusquam in ope Divina pei posuisse Aſæ Regi meritò vitio datur. *Paralip. 2.*

Atque hinc eos hoc ævo magno in honore fuisse conjicimus.

Literæ Humaniores.

XI

Jonas Propheta rerum suarum scriptor.

Asclepiades Cyprius Histor. Pygmalione regnante. Quo tempore, quod mirum videtur, scribit ibi usum arnium non fuisse. *Videatur S. Hieronym. l. 2. advers. Jovinian. & Voss. de Histor. Græcis l. 4.*

Lycurgus primus ex Ionia Homeri Poemata ulit in Peloponnesum. *Plutarch. in Vita.*

Artes. Nova inventæ.

XII

Pictores, qui monocromata uno usi colore pinxere, videntur ex Plinio hoc sæculo statuendi.

. 35. c. 9.

E

Hy-

Hygiemon, Dinius, Charmidas.
Rhodii maritima potentia florebant.
Nummorum usus Lacedæmone à Lycurgo ve-
titus.

Othryades Lacedæmonius, Argivis, qui ceci-
derant in prælio spoliatis, de eorum clypeis tro-
phæum erexit, & suo sanguine inscripsit. *Plutarc.
in Parall.*

XIII

Natales Urbium. Architecturæ opera.

Bononia ab Etruscis condita duobus ante Ro-
manæ sæculis. *Volater.*

Samaria Regia Regum Israel 3112.

Hiericho reparatur ab Hiele 3122.

Carthago cœpta 3147: absoluta 3166. à Dido-
nè Tyria. Alii tamen malunt Urbem longè ante
à Zoro, & Carchedonè conditam, solamque Ar-
cem Byrsam à Didonè ædificatam affirmant.

Lemnius Labyrinthus hoc fortassè sæculo ad
imitationem Ægyptii:

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Siccitas, & fames ingens tempore Eliæ Palæ-
stinam per annos tres cum dimidio vexant, ab an-
no 3123.

Mesa Moabitarum R. filium coram hostibus
mactat 3140.

Elisa, seu Dido; Pÿgmalionem fratrem, Sichæi
viri sui interfectorem exosa, Tyro cum gaza sol-
vens abiit in Africam 3147.

Eadem laude pudicitia illustris, ne Regi Mau-
rorum Jarbæ cogatur nubere, tribus fere post Æ-
neæ fugam sæculis sibi mortem infert.



Ab ANNO 3200. Ad 3300.

Progenitores Abrahami.

REGES JUDA.		REGES ISRAEL.	
Amasias ad 3225-	29	Joas ad 3211.	16
Ozias ad 3277.	52	Jeroboam II. ad 3251. 4	1
Joatham ad 3293.	16	<i>Interregnum 11. annorum.</i>	
Achaz ad 3308.	14	Zacharias 3262. m.	6
		Sellum m.	1
		Manahem ad 3274.	10
		Phaceias ad 3277.	2
		Phacee ad 3297.	10

I
Nu-
mera-
tio per
Olym-
piades
3278.

Religionis incrementa, & damna.

Pontif. Sedecias, Azarias, Joatham, Achitob.
Ozias R. cæteroqui pius & religiosus, excelsa,
hoc est falforum Deorum templa non aufert.
Amos, Oseas, Joel, Isajas vaticinantur; Ozia
regnante.
Micheas futuram sub Assiriis captivitatem
prænuñciat.

II

*Humani Generis divisio in gentes.
Hebraorum Politica.*

III

Joas R. Samariæ ex vaticinatione Elisæi mori-
entis Benadabum Syriæ R. tribus atterit cladibus
3204.
Ozias contra circumpositas gentes feliciter pu-
gnat.

E 2

Mana-

Manahen R. Israelis, Phuli Syrorum Regi ve-
tigalis.

Teglat-Phalazar victor Israelitas in servitutem
abducit 3295.

Achaz captivus apud Syros 3294.

IV

Res supra naturam.

Mortuus in sepulchrum Elisei coniectus redit
ad vitam 3205.

Ozias Rex, Sacerdotibus frustra reclamanti-
bus, thus incendit in Templo, sed nequaquam im-
punè; Lepra enim divinitus affectus, à Sacerdò-
tibus ejicitur 3214.

Visio mirabilis Isajæ Prophetæ, de qua ipse
cap. 6. 3277.

V

Monarcha.

Post Arborem apud Medos regnasse feruntur
Madances an. 50. Sofarmus 30. Articas 50. Arbia-
nes 22. Sed omnia usque ad Dejocem incesta.

Post Belesum apud Assyrios duorum, vel tri-
um Regum nomina silentur, mox memorantur
Phul 43. Teglat-Phalazar 31. ad 3309.

Sed hi fortasse Præselli, vel Duces, non Reges, ut
aliquibus visum est.

Sub initium sequentis sæculi apud eisdem As-
syrios novum Babylonis regnum inchoatur.

VI

Regna, & Respublica in Græcia.

Athenis Archont. Ariphton 20. Thespieus 27.
Agamestor 20. Æschylus 23. Alcmeon 2.

Lacedæmone ex Agid. Teleclus, Alcámenes,
Polydorus.

Ex

Ex Proclid. Nicander, Theopompus.

Corinthi Pritanes Magistratus annuus instituitur 3276.

Macedonum Regnum incipit 3240.

Caranus R. I. 30. Cœnus II. 28.

Regna, & Principatus extrâ Græciam.

VII

Ægyptiorum in Asia Imperium deficit.

Ægyptus in plures Regulos dividitur. Celebrantur ex his Necepsus, Nechos, Bocchoris, qui Necho fugiente, cæsus est à Sabacone Æthiope, qui annos 50. regnavit.

Latini Reges Aventinus 37. Nomen dedit Aventino colli, ubi sepultus.

Procas 23. Amulius 18. Numitor 3.

Hispanis imperant Phœnices, quorum opes maritimæ ingentes.

Bella.

VIII

Assyrii, Duce Theglat-Phalazar, Rhasi Rege obruncato, Damasco potiuntur, Syriam populantur, incolas captivos abducunt 3296.

Theopompo Lacedæmonis imperapte, hi de finibus Thyreatum cum Argivis dimicarunt. *Pausan. l. 3. Euseb.*

Disciplina Severiores.

IX

Abaris Philosophus an Magus? è Scythia, de cuius prodigiosa sagitta mira veteres prodidere, Athenas legatus à suis, Græciam iustrat.

Astronomos hoc ævo floruisse docet consigna-
a literis Eclypsis Solis 24 Junii 3263.

X

Iurisprudentia . Medicina .

Ephori Spartzæ instituti à Theopompo Rege
3294.

Tales erant Ephori apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni Plebis, ut enim à Consulibus ad Tribunos, ita à Regibus ad Ephoros cuique provocare licebat.

Medicos magnopere ab Hebræis cultos, Isaja vaticinante, conjectare licet ex cap. 3. Prophet.

XI

Litera Humaniores .

Amos, Oseas, Joël sua vaticinia scriptis consignant, & quia Prophetarum more vaticiniis non pauca admiscunt historica, Historicis accensentur.

Omnis Græcorum historia, qua Olympiades præcessit, Varroni visa est fabulosa.

XII

Artes . Nova inventa .

Emaurus pingendo marem, foeminamque primus discrevit, & figuras omnes ausus est imitari. Cimon Cleoneus Emauri inventa excoluit, varias vultuum formas, & Catagrapha invenit.

Iphitus Olympicos ludos instituat, & hinc incipit numeratio per Olympiadas 3275.

Malas Chius omnium apud Græcos primus statuas format è marmore. *Plin.*

Phidon Argivus Ponderum, & mensurarum apud Græcos inventor.

Chorebus Atheniensis figlinas invenit.

Lupercalia instituta à Romulo 3298.



Nata-

Vienna in Gallia fundata 3218.

Capuâ in Campania condita 3253.

Obeliscus omnium maximus, quem ante Lateranensem Ædem miramur, jussu Ramessis R. Ægyptii à 20. hominum millibus elaboratus. *Plin.*

Ozias Urbes plures ædificasse traditur 2. *Paral.*

Viri, & Res memorabiles.


Coræbus Coquus primus in ludis Olympicis coronatur 3278.

Amulius fr. Numitorem natu majorem regno pellit, ejus filiam Rhæam Sylviam, ex qua deinde Romulus, & Remus, Vestalem facit.

Romulus, & Remus expositi servantur, & educantur à Regio Pastore Faustio 3284.

Idem avum Numitorem regno restituant 3300.





Ab ANNO 3300. Ad 3400.

I
Inni
C.
301
Era
Labo-
assa-
ris
306.

Progenitores Abrahami.

REGES JUDA.
Ezechias ad 3338. 19
Manasses ad 3392. 55
*In Regno impius, capti-
vus resipiscit.*
Amon ad 3394. 2
*Manassis parentis furoribus
excessit.*

REGES ISRAEL.
Oseas ad 3314. 18
*Roma condita anno 14.
Israeliticū regnum à Je-
roboamo institutum, per
rebellionem, & impieta-
tem post ann. 255. ever-
sum est.*

II

Religionis incrementa, & damna.

Pontifices Achitob, Meraioth, Sadoc, Salomon.
Achaz ab avita religione abhorrens, clauso
Templo, Baali, & Diis aliis, aras passim excitat,
liberos lustrat igne.

Ezechias pietate inclytus à paternis urbem su-
perstitionibus expiat, Templum ornat.

Sanctimonia clari florent Tobia duo in Afsy-
ria captivi, Isajas, Juditha.

Novi Samariae coloni ethnicorum ritibus Sacra
Hebræorum inficiunt.

III

Humani Generis, divisio in gentes.

Hebræorum politica.

Samaria per Salmanasarem Afsyriorum R. ca-
pta, & eversa, Tribus decem cum Osea R. in
Assyrios abductæ 3314.

Ma-

Manasses Afsyriis armis oppreffus, Babylonem catenis vinctus abftrahitur 3344. mox regno reftituitur.

Holofernes Afsyriorum Dux in Betulia obfione à Vidua Juditha obruncatur 3346.

Res fupra naturam.

IV

Ezechiam de vita producenda ex Divino Oraculo, quod Ifajas pronunciaverat certum factura, umbra decem in horologio lineas retrocedit 3322.

Sennacheribo Hierofolymam obfidente, una nocte caduntur ab Angelo 85. Afsyriorum milia 3322.

Senior Tobias Raphaelis Archangeli beneficio cum filio reduce lumen recipit 3336.

Monarcha.

V

Baladan Babylonis Praefectus dictus Nabonassar deficiens fe Regem appellat, & Æræ ab eo nuncupatæ dat initium 3386.

Huic fuccedit Mèrodacus in facris literis Nabucodonofor 1. à 3345.

Benmerodacus f. ad 3407.

Apud Afsyrios interim regnant Salmanafar ad 3317. 8. Sennacherib ad 3323. 6. Afsaradon ad 3353. quo factus eft veftigialis Babylonis.

Dejoces qui & Arphaxad Medis imperatà 3345. ad 3398. 53

Regna, & Respublica in Græcia.

VI

Athenis Archontes Decennales, quorum I. Charops Æfchylis f. mox poft Èrixiam VII. Archontes annui, quorum I. Creon 3368.

La.

Lacedæmone regnant ex Agid. Eurycrates I
Anaxander.

Ex Proclid. Zeuxidamus, Anaxidamus.

Corintheta Cypselus Tyrannus 3396.

Macedonum Reges usque ad Philippum Amyntæ 22. non numeramus, quia nullius fere nominis.

VII

Regna, & Principatus extra Græciam.

In Ægypto Sous, ad quem missi ab Osea, Israelis R. Legati, Tauracus, mox Dodecarchia, qua brevi sublata, regnat Psammitichus.

Lydorum Reges Mermnadæ, quorum I. Gyges, occiso Candaule 3340. r. 36.

Post hunc usque ad Cræsum Ardys, Sadyates Alyates.

Romanorum R. 1. Romulus 3301. r. 37.

Interregnum an. 1. Numa Pompilius 43. Tullus Hostilius 31.

VIII

Bella.

Romuli cum Sabinis, Camerinis, & Fidenatibus bella.

Sennacherib Æthiopes, & Ægyptios bello profligat 3323.

Bellum vicennale inter Messeniacos, & Lacedæmonios finitur 3330.

Ardys Lydorum R. Cygis f. Milegis bellum intulit 3361. Herod. l. 1.

Bellum Albanis à Tullio Hostil. illatum. Horatii Curiatios vincunt 3387.

Fidenates 3389. Sabini à Romanis victi 3392.

Di-

Disciplina Severiores

IX

Sibylla Erythræa Sapientiæ fama nobilis.
Herophila Sibylla Samia.

In Numa Pompilio Romanorum R. Philo-
phiæ rudimenta quædam apparent.

Qui Pythagoricum fuisse docent manifesti er-
roris arguuntur, quia duobus fermè ante Pytha-
goram sæculis floruit. Ejus libri anno V. C. 573.
reperi, à Prætore lecti, damnatique, & in pu-
blico foro combusti.

Jurisprudentia . Medicina .

X

Zaleucus Legislator severissimus paulò post
Locros conditos, jis leges dedit.

Draco sub initium sæculi sequentis Atheni-
ensibus, non tam atramento, quam sanguine jura
scribit.

Literæ Humaniores .

XI

Tobias pater, & fil. librum cognominem scri-
bunt, ea parte dempta, in qua agitur de filii mor-
te. SS. *Interpr.*

Liber, qui nomen Isajæ præfixum gerit, eidem
jure tribuitur. *Huetius.*

Eumelus, sive Thymelus Corinthius Bugo-
niæ, & Europæ auctor, Archilochus Jambi re-
pertor, Tyrtaeus, Alcmanus, Lacedæmonius
Poetæ, Megalostрата Poetria.

Artes . Nova inventa .

XII

Bularchi Pictoris tabulam Candaules auro re-
pendit.

Micciades Malatis s. & Anthermus ejusdem.
nepos Statuarii.

Hö-

Horologia Solaria apud Hebræos, ut liquet ex miraculo Solis retrocedentis.

Annus correctus à Numa, duobus mensibus additis 3342.

Numus Romæ primò sub Numa cufus, hinc illi nomen.

Glaucus Chius primus ferrum glutinavit.

Plastice in Italia primò apparuit sub Demarato Tarquinii Prisci patre.

Carnia in honorem Apollinis instituta 3318.

XIII

Natales Urbium. Architectura opera.

Roma à Romulo condita 12. April. 3301. Dies dictus Palilia.

Naucratis in Ægypto à Milesiis 3305.

Syracusæ in Sicilia ab Archia Herculis nepote 3313.

Catanam in Sicilia Caloydii 3314.

Sybarim, & Crotonem in Italia Myscellus 3345. condunt.

Cyzicus in Hellesponto, Locri in Italia 3371. Abdera, Lampfacus. Clazomene 3398. ædificatæ.

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Sabinæ à Romanis 3304.

Lacedæmoniorum puellæ à Messeniis raptæ 3311.

Aristodemus filiam mactat ex oraculo 3316.

Hippomanes filia voratur ab equo, cum quo clausa fuerat à patre 3331.

Romulus ob ingenii ferociam à suis discerpitur 3339.



AB ANNO 3400. Ad 3500.

Progenitores Abrahami.

I

REGES JUDA.

REGES ISRAEL.

Josias ad 3425. 31
 Joachaz 3425. m. 3.
 Joakim ad 3436. 11
 Jechonias m. 3
Deinde Babylone vixit
 ad ann. 3475.
 Sedecias ad 3446. 11

Hebraei apud Chaldaeos captivi, toto servitutis tempore, Principes, & Judices suae gentis habuerunt; à quibus regebantur.

Hi videntur fuisse Jechonias olim Rex I. Salathiel ejus fil.

Religionis incrementa, & damna.

II

Pontif. Helcias, Azarias, Sarajas, Josedecus.

Josias R. res religionis instaurat.

Jeremias Proph. in Ægypto futuras populi calamitates prænuncians lapidibus obruitur.

Daniel, Ezechiel, Tres Pueri captivi apud Chaldaeos; Marдохæus, & Esther apud Medos pariter captivi, florent.

Sinagogæ instituta tempore captivitatis Babylonicæ.

Festum Purim institutum, Hebræis ab Amanis insidiis per Estherem liberatis.

Humani generis divisio in gentes.

Hebraorum politica.

III

Josias R. Juda cum Nechaone Ægypti R. conflixit; peritque ex vulnere 3425. Joa-

Ioakim, & Jechonias à Chaldæis cum omnino nobilitate in servitutem abducuntur 3418.

Sedecias filius, & oculis orbatus cum populo captivus Babylone 3446.

Incipit servitus 70. ann. quàm passi sunt Hebræi apud Chaldæos.

IV

Res supra naturam.

Daniel puer Susannam liberat 3438.

Tres Pueri, Statuam Nabucodonosor, non adorantes, conjiciuntur in tornacem, sed flammæ intactos verentur 3456.

Daniel in Leonum fossam dejectus, à Deo conservatur, & pascitur per Habacucum.

Nabucodonosor ferarum more degit in Sylvis.

Balthassarem epulantem exarati cælesti manu characteres terrent 3498.

V

Monarchæ.

Phraortes Medor. ad 3419. 21

Ciaxares senior, sive Astybares ad 3460. 20

Astyages Cyri avus ad 3495. 35

Darius Medus, idem Ciaxares Jun. & Assuerus Cyri avunculus, Estheris maritus ad 3515. 19.

Babylone interim regnant Nabopolassar, seu Nabucodonosor Senior à 3407. ad 3428. 21. Nabucodonosor Magnus ad 3472. 44.

Evilmerodacus ad 3497. 25. Balthassar, Labinitus dictus Herodot. l. 1. ad 3514. quo capta Babylone occisus est à Cyro auspiciis avunculi Darii militante, ejusque post annum Successore.

Quæ de Dario Medo, Esthere, & Cyro dicta sunt, in aurea Dissertatione demonstrat Petrus Possinus vir planè doctissimus.

Re.

Regna, & Respublica in Gracia.

V I

Pisistratus, frustra obstante Solone ; potitur Athenis 3494. bis pulsus redit.

Lacedæmone regnant ex Agid. ; Eurycrates II. Leon, Anaxandrides.

Ex Proclid: Archimus I, Agasicles.

Corinthi Periander Tyran. à 3427. ad 3467. Post hunc de Corintho flet Historia.

Regna, & Principatus extra Graciam.

V II

Ægyptiorum Reges Nechao ; sive Nechos, Psamis, Apries.

Romanorum Reges Ancus Martius 24. Feciales instituit, Patres 100. minorum gentium legit. Tarquinius Priscus 38. Capitolium fundat. Servius Tullius 30. Populum in 30. Tribus dividit.

Chartaginensium opes, Regulis finitimis domitis, terra, mariq. crescunt.

Argantejus regnat in Hispania.

Ambigatus Biturigum in Gallia Rex, Celtis imperat.

Bella.

V III

Ancus Martius Latinos ; Fidenates, Sabinos, Vejos vincit: Tarquinius Sabinos, qui tandem domiti 3452.

Scythæ armis Asiam adepti tenent à 3419. ad 3449.

Sadyates avus, Alyates Cresi pater Lydorum RR. Milesios bello vexant.

Nabucodonosor M. Syros, & Ægyptios armis domat: Hierosolyma potitur 3428.

Idem

Idem Arabes, Elamitas, Medes vincit, Niniven occupat 3452.

IX

Disciplina Severiores .

Holdi Prophetissa Sapiencia nobilis Hierosolymis Scholas moderatur. *Geneb.*

Septem Sapientes in Græcia florent. Thales, Solon, Myson, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus, Epimenides, Crétens .

Anacharsis Scythia Athenas venit 3462.

Æsopus moralem Philosophiam per fabulas tradit .

Thales Miles. ab Ægyptiis doctus, Jonicæ Philosophiæ genus instituit .

Massilia condita, & apertis Alpibus, Philosophia ad Gallos, & Britannos accessit, Druidis illam tradentibus.

X

Jurisprudentia. Medicina.

Solon abrogatis Draconis legibus commodiores Atheniensibus tulit 3460.

Herophilus Medicus, qui Phalaridem Tyrannum sanitati restituit, testibus, Cicerone, Plinio, & Plutarcho .

Mirum est, quod prodit Mart. Capella l. 3. *Herophilus agrorum venas rhytmorū collatione pensabat.*

Herophilus, & Erasistratus nocentes homines à Regibus ex carcere acceptos vivos incidabant *Cels. l. 1. cap. 1.*

XI

Litera Humaniores .

Jeremias, Baruch, Daniel, Ezechiel, sua vaticinia scribunt.

Liber

Liber Judith Scriptoris incerti Babylonicae captivitatis tempore, ut putat Huetius.

Solon, Cicerone teste, primus eloquentis nomen meruit.

Alcmanius Messenius, Leschus auctor parvae Iliadis, Terpander, Stesichorus, Sappho, Alcæus, Sufarion Comædiæ veteris inventor. Poetæ.

Pisistratus Homeri libros antea confusos, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Cic. 3. de Orat. Hoc est in Iliadem, & Odysseam, ut interpretatur Ælianus.

Artes. Nova inventa.

XII

Bupalus, & Athenis Malatis pronepotes, & post hos Dipænus, & Scyllis Cretenses marmore scalpendo apud Græcos inclaruere. *Plin.*

Pancratium additum ludis Olympicis 3406.

Gambrius Tuiscorum Rex VII. cervisiam, primus decoquere docuit anno 3414. Si rectè tradit, & numerat Achilles Gassarus in *Epit. Chron.*

Simulacrum Jovis Capitol. fictum à Turiano Plaste, Tarquin. Prisco Rege.

Agon Nemæus per Argivos 3478.

Sappho Poetria primò plectrum excogitavit. *Genebrard.*

Natales Urbium. Architectura opera.

XII

Selinus in Sicilia à Megarensibus 3406. Dyrrachium 3430. Ostia ab Anco Martio extracta 3432.

Perinthus in Thracia, Camerina in Sicilia 3450. Massilia à Phocensibus 3454.

F

La-

Labyrinthus Ægyptius 3457.

Hortos pensiles Babylone Nabucodonosor Magnus instruit; Urbem amplificat, munit, exornat.

XIV

Viri, & Res memorabiles.

Tullus Hostilius igne cœlesti cum Domo perit
3414.

Arionis sive historia, sive fabula 3340.


Ciaxares Ninivem delet 3448.

Pestis Athenis furit, sed fugatur ara Deo igno-
to erecta 3457. *Eusebius.*


Cylonium piaculum Athenis 3455.

Phalaris Agrigentii in Sicilia Tyrannorum im-
manissimus.

Perillus bovis ænei faber sub Phalari, illo pri-
mus exurit 3482.



Ab



Ab A N N O 3500. Ad 3600.

Progenitores Abrahami.

DU CES I T E R U M.

Cùm Cyrus Hierosolymam redeundi, & instaurandi Templi Iudæis potestatem fecisset 3516. sacra expeditionis Dux fuit Zorobabel Salathielis f. ad 3567.

Joacimus D. & P. ad 3589.

Eliafibi D. & P. ad 3595.

Posteà tantùm P. veniente Esdra.

Esdras D. à 3595. ad 3600.

51

22

6

5

Religionis incrementa, & damna.

Pontif. Josue, seu Jesus, & Joacim, Eliafibi.

Cyrus Templi Sacra vasa restituit 3516.

Templum Hierosolym. primò instauratur 3517.

Resa, & Abiud Zorobabelis ff. ex quorum 1.

V. Deipara, à 2. S. Joseph originem ducit.

Aggæus, Zaccharias, Malachias Prophetæ florent.

Danielis Hebdomadæ incipiunt 3600.

*Humani Generis divisio in gentes,
Hebraorum Politica.*

Judæi quamvis, post impletos annos servitutis septuaginta, libertatis qualicumque imagine donati fuerint à Cyro anno 3516. serè nunquam tamen posthàc sui omnino juris fuere; diù enim

F 2

Per-

I

Cyri
Monar
chia

3515.

Ætas

Vl.

Ad

Christi

Nativ.

II

III

Perfis, mox Græcis, & Romanis paruerunt.
 Artaxerfes Longim. Deo inspirante, Esdram
 Sacerdotem, & Scribam in Judæam mittit 3594.

IV

Res supra naturam.

Daniel objectus Leonibus à Dario Medo, ser-
 vatur intactus 3515.

Cyro à Daniele Isajæ Vaticinium ostenditur,
 quo plurimos ante annos prædixerat ille, futu-
 rum ut Cyrus Babylone potitus, Judæis Hiero-
 solymam redeundi potestatem faceret, ille voti
 reus Judæos dimittit, & Sacra vasa Templo resti-
 tuit 3516.

V

Monarcha.

MONARCHIA PERSARUM.

Cyrus, qui moriente Astyge materno avo
 Regnum Persarum administrandum susceperat,
 jura Uxoribus, quæ Darii Medi unica erat hæres,
 eo abdicante, Imperio Medorum, Persarum, & Ba-
 byloniorum potitur, sedemque locat in Perside
 3516. r. an. 9

Cambyfes f. à 3524. ad 3532. 7

Smerdis Magus. m. 7

Darius Hystaspis f. ad 3596. 36

Xerfes I. ad 3589. 20

Artaxerfes Longimanus ad 3629. 40

VI

Regna, & Respublica in Græcia.

Pisistratus bis pulsus iterum potitur Athenis.
 Hippius, & Hipparchus Pisistrato patri succe-
 dunt 3527. pelluntur 3541.
 Redeant annui Archontes.

Lace.

Lacedæmone regn. ex Agide Cleomenes I. Leonidas I. Pliftarchus, Pliftonax, Pausanias.

Ex Proclid. Arifton, Demaratus, Leotyichides.

Regna, & Principatus extra Graciam.

VII

In Ægypto Amasis, Psammenitus ex Herod. & Diodor. Mox Cambyfes regnum ad Persas transfert 3529.

Lydorum Regū ultimus Cræsus à Cyro captus 3510,

Romanorum R. ultimus Tarquinius Superbus 25. Pellitur ob vim à filio Lucretiæ illatam 3545.

Consules creantur L. Jun. Brut. & Tarquinius Collatinus, eoque abdicante, Valer. Publicola.

Dictator I. T. Lartius Flavus 3556.

Carthaginenses Hispaniæ Domini 3556.

Cappadociæ R. 1. Pharnaces Cyri Sororius.

Sicilia sub Tyran. Syracusanis 3569. libera 3588.

Bella.

VIII

Quæ de Cyro à Tomiri Scytharum Regina victo, & cæso traduntur ab Herodoto, apud eruditos vix fidem inveniunt.

Perfena Romam obsidet 3547.

Posthumius Tubertus victis Sabinis primus ovat Romæ 3551.

Marathonia pugna Duce Miltiade 3564.

Leonidas cum 300. Laconibus ad Thermopylas 3574. Themistocles Persarum ad Salaminam victor 3574.

Bellum sociale contra Athenienses à 3596. ad 3598.

F 3

Di.

IX

Disciplina Severiores .

Anaximander Zodiaci repertor , Xenophanes Eleaticæ sectæ parens , Pythagoras Samius Italicæ Philosophiæ conditor , Cleostratus duodecim in Zodiaco signa notavit , Heraclitus , Democritus , Philolaus Crotoniata , qui Tetram circa Solem. circumvolvi primus docuit , Diagoras , Harpalus Cyclum Lunisolem instituit .

Parmenides Eleates Dialecticæ inventor , qui- que primus Terram rotundam in omnium orbium centro statuit .

Anaxagoras Clazomenius ex Asia scholam. transtulit Athenas , ubi Socratem , Euripidem , & Periclem docuit .

X

Jurisprudentia. Medicina.

P. Papyrius colligit Jus Roman. quod ab eo Papyrianum est appellatum . Zamolkis Pythagoræ auditor leges dat Getis , Confusius Legislator Sinarum 3562. Democedes , Acron Agrigentinus Medicinæ Empyricæ parens .

Herodicus Hippocratis Magister . Medici .

XI

Litera Humaniores .

Ab Esdra scripti III. & IV. Regum Libri , & qui ejus nomen præfert , si priora sex capita demantur . *Huetius. Thalmudista tribuunt Jeremia.*

Pherecydes Sirius primus apud Græcos libera. numeris oratione scribere aggressus .

Hellanicus Mytilen. historiam ornat .

Jones à Persis victoribus fictarum historiarum artem , vulgò *Romanzi* , discunt , & ab his transit ad Græcos . *Huetius.* Ora-

Oratio funebris r. habita Romæ in laudem Bruti Consulis à P. Valer. Publicola Collega.

Theognis, Hipponax, Anacreon, Thespis Tragediæ parens, Simonides, qui memorandi artem invenit, Onomacritus, Pindarus. Poetæ.

Artes. Nova inventa.

XII

Anaximander Milesius horologia solaria primus apud Græcos inducit. Tabulas Geographicas perficit, quarum dederat rudimenta Sesostris.

Pythagoras liræ chordam addit, & notato fabricorum sonitu Musicam perficit.

Athenienses Tyrannicidis Hermodio, & Aristogitoni statuas ponunt. 3544.

Saturnalia instituta. 3557.

Thespis Poeta personas invenit.

Natales Urbium. Architectura opera.

XIII

Cyrus in Ecbatanis 3504. domum habuisse, scribitur lapidibus pretiosis versicoloribus, atq. auro vinctis extructam. *Atben. l. 12. c. 3.*

Labyrinthus Porfenæ Clusii Regis. *Plin.*

Obeliscus quem videmus in area D. Mariæ de Populo, Psemis R. jussu è rupe Syenite excisus.

Puteoli à Samiis conditi 3535.

Capitolium è saxo quadrato, cloacæ, & stratæ silice viæ jam majestatem aliquam Romæ spirabât.

Sena in Etruria, & Senogallia in Umbria à Gallis Sessonibus, Brenno Duce, condita.

Viri, & Res memorabiles.

XIV

Policrates Samiorû Tyrânus, & Milo Crotonita.

Zopyri amici stratagemmate Babylonem Darius occupat. 3534.

F 4

Hora-

Horatij Coclitis, Cleliæ virginis, Mutij Scævolæ.
Coriolani virtus apud Romanos claret.

Aristides 3571. Themistocles 3583. Ostracismo
pulsus.


Spurius Cassius præceps datur è rupe Tarpeja
3569.

Fabij 300. ad Cremeram cæsi 3577.

Ad Ægos Potamos saxum de Cælo cadit 3587.

L. Quintius Cincinnatus Dictator ab aratro
3596.

Cimon apud Athenienses, domi, & belli cla-
rissimus.





Ab ANNO 3600. Ad 3700.

Progenitores Abrahami.

DUCES, ET PONT. HEBRÆOR.

Nehemias D. ad 3629.	28
Joadas D. & P. ad 3649.	20
Jonathas D. & P. ad 3689.	40
Jaddus D. & P. ad 3730.	41

I
Meto-
nis
Ennea
deca-
teris
3621.

Religionis incrementa, & damna.

Pontif. Joadas, Jonathas, Jeddoa, seu Jaddus.
Cùm Hierosolymam venisset Nehemias, reno-
vata est diù intermissa Scenopegiæ solemnitas
3601.

Esdra sacros libros, qui interciderant, immu-
tatis Hebræis literis, in lucem profert.

Nehemias redux è Perside, Divinum cultum,
Templi honorem, Levitarum ministeria, legiti-
ma conjugia, ex Divina lege componit 3629.

*Humani generis divisio in gentes.
Hebraorum politica.*

II

Nehemias ex Perside, ubi Regis Pincerna ejus-
dem gratia florebat, impetrata ad id facultate, in
Judæam veniens, frustra obsistentibus inimicis,
Hierosolymæ muros intra dies 52 restituit 3600.
vel 3601.

Idem, novis induclis tabulis, inopiæ suorum
consultit 3601.

Idem

III

Idem, qui anno 3621. Regem in Perside adierat, Hierosolymam redit ex Perside 3629.

IV

Res supra naturam.

Sacerdotes ex Babylonica servitute reduces ignem sacrum quærentes, quem ipsorum majores, in ficci putei caverna occultaverant, pro eo aquâ crassam inveniunt, quæ super victimas, & ligna Nehemiæ jussu aspersa, Sole è nubibus refulgente in ignem convertitur, quo sacrificium ritè perficitur 3609.

IV

Monarcha.

Xerxes II. m.	2
Sogdianus m.	7
Darius Nothus, sive Ochus ad 3649.	19
Artaxerxes Mnemon ad 3689.	40
<i>Hujus fr. Cyrus Minor, post eum, sed Rege patre natus; unde lis, & bellum infeliciter gestum ope Graecorum.</i>	
Artaxerxes Ochus ad 3714.	26

VI

Regna, & Republica in Gracia.

Athenis jubente Alcibiade præsumt Quadringenti à 3642. ad 3650. Nam tum captæ à Lyfandro Lacedæmone subjectæ fuere Triginta Tyrannis, quibus pulsis Democratia iterum inducta est 3653.

Lacedæmone regn. ex Agid. Agefipolis I. Cleombrotus I. Agefipolis II. Cleomenes II.

Ex proclidis Archidamus II. sive Archelaus, Agis II. Agefilaus II. Archidamus III.

Regna,

Regna, & Principatus ex:ra Graciam.

VII

In Ægypto post Persas indigenæ Nephraeus, & Thacon.

Romæ Decemviri 3603. & post annos tres iterum Consules.

Ibidem Tribuni Militum Consulari potestate, liquoties creati, & r. 3610.

Censores primò instituti 3611.

Romæ servorum conjuratio detecta 3635.

Sicilia iterum sub Tyrannis 3648. Dionysio silicèt Seniore, & Juniore.

Anarchia Romæ 3678. per annos 5.

Consules Romæ confirmati 3688.

Bella.

VIII

Athenienses à Bœothis cæsi 3605.

Corinthii à Corcyreis victi 3619.

Atheniensium ad Potideam victoria 3622.

Bellum Peloponnesiacum inchoatur 3623. per annos 27. inter Athenienses, & Lacedæmonios.

Conon Atheniensis Persas vincit ad Gnidum. rivali prælio 3660.

Vei à Camillo expugnati 3658. Galli ab eodem, post Romam incensam cæsi 3665.

Bellum Sacrum Græcorum contra Phocenses crilegos à 3699. ad 3708.

Disciplina Severiores.

IX

Socrates moralem Philosophiam devocavit è elo. Cic. Melissus Physicus, Empedocles Agrigentinus, Meton Enneadecateridem publicat 3621.

Leucippus Atomorum inventor, Democritus, & Epicurus.

Plato

Plato veteris Academiæ institutor, Euclides Megarensis auctor sectæ Contentiosæ, Anthistenes Cynicæ, Architas Tarentinus, Aristippus, à quo secta Cyrenaica, Eudoxus Gnidius, Lysis Pythagoric. cujus aurea carmina sub Pythagoræ nomine circumferuntur.

X

Jurisprudentia . Medicina .

Charondas Thurinis, Archita Tarentinis, Parmenides Eleatibus, Eudoxus Gnidiis jura describunt.

Romani Decemviri leges à Græciæ civitatibus acceptas in duodecim Tabulis descriptas proponunt; eas exul Hermodorus Ephesius interpretatur.

Ctesias Gnidius, Philistio Siculus, Crito Cosmeticæ inventor, Menecrates Syracusanus, Eudoxius Gnidius.

Hippocrates Medicorum omnium princeps.

XI

Litera Humaniores .

Herodotus, Thucydides, Cratippus, Xenophon Histor.

Empedocles dicendi præcepta primus dedit, sed illa Chorax, & Tysias postea vulgarunt.

Pericles, Gorgias Leontinus, Protagoras, Lysias, Andocides, Theocritus Chius Oratores.

Comediæ Athenis vetitæ 3814.

Aristophanes, Sophocles, & Euripides Poetæ. Cleobulina, & Telephilla Poetriæ.

Dionysius Grammat. Platonis præceptor.

Lamprus, & Ileus grammatica scripsisse videntur ex *Aristot.*

Ar-

Artes. Nova inventa.

XII

Panæus Phidiæ fr. quem in Picturæ certamine Corinthi Timagoras vicit.

Polygnotus Thasius plurimum Picturæ contulit, siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare: sed supra hos, aliosque hujus ævi Pictores, Zeuxis, Parrhasius, ac Timantes inclaruere.

Statuis sive ex ære, siue ex marmore elaborandis, gloriam summam adepti sunt Phidias, Scopas, Myron, Pythagoras.

Phidias artem Toteuticem non invenit, ut Plinius tradit, sed perfecit.

Artemon Clazomenius obsidionales machinas invenit 3612.

Callias Atheniensis usum minii monstravit 3649.

Natales Urbium. Architectura opera.

XIII

Mnesicles Architectus Arcem Atheniensem delineat 3614.

Ancona à Syracusanis, Dionysii tyrannidem fugientibus, conditur.

Alexia in Dalmatia à Dionysio 3670.

Fanum fortunæ conditum post Brennum à Camillo victum.

Viri, & Res memorabiles.

XIV.

Spurius Melius à C. Servilio cæditur 3615.

Solydamus Thessalus mirandi roboris 3646.

Socrates damnatur 3655.

Albani lacus excrefcentis prodigium 3657.

Epa-

Epaminondas in Bœtia floret 3680.

Dionysius Syracusarum Tyrannus, cujus fil.
post annos 38. pulsus Ludimagister Corinthi fuit.

Curtius armatus in voraginem se projicit 3692.

T. Manlii Torquati cum Gallo ad Anienem.
Monomachia 3693.

Templum Dianæ Ephesiæ conflagrat 3698.





Ab ANNO 3700. Ad 3800.

Progenitores Abrahami.

DUCES, ET PONT. HEBRÆOR.

Onias r.D. & P. ad 3753.	24
Simon r. D. & P. ad 3765.	12
Eleazar D. & P. ad 3797.	32
Manasses D. & P. ad 3807,	9

Quamvis post Hierosolymam ab Alexandro captam, Judaorum summum Imperium penes alienigenas fuerit; præcipua tamen sub illis partes in administranda Republica fuere penes Pontifices, quos idcirco Duces jure appellamus,

Religionis incrementa, & damna.

Pontifices jidem, qui Duces.

Alexander M. in Templo Hierosolym. Deo vero victimas immolat 3722.

Sanaballetes à Dario ad Alexandrum deficiens, hoc permittente, Templum erigit Samariæ in monte Garizim, cui præerat. Hinc inter Judæos, & Samaritanos æterna discordiarum seges.

Græcis r. & mox Romanis imperantibus, Pontificatus factus est Principum arbitrio paucorum annorum, imò & annuus.

I
Periq-
dus
Calip.
3724.
Æra
Philip.
Aridat
3730.
Æra
Seleu-
cid.
A. V.
442.

II

III

*Humani Generis diuisio in gentes.
Hebraorum politica.*

Judæi ab anno 3722. Græcis parent.

Andromachus Judæis præpositus ab Alexandro, ab illis occiditur 3722.

Ptolemæus Lagi f. amicitia simulatione Judæam occupat, captivos quamplurimos abducit ex montano præcipuè tractu 3733. circiter.

Antigono Rege victo, Asiæ regna Seleuco Nicatori cedunt, ac proinde Hebræi vestigales Syriæ Regibus fiunt ab anno 3753. *Noris in Epoch. Syremaced.*

IV

Res supra naturam.

Jaddus Alexandri M. Hierosolymā properantis iram metuens, divinitus edocetur, illi cum Sacerdotibus solemniori cultu ornatis, & populo candidato obviam procedere. Alexander venerabundus Pontificem adiit, & Divinum in tiara nomen adoravit 3722.

Admirandus septuaginta Interpretum consensus in Græca Sacrorum librorum versione, quam Ptolemæus Philad. imperaverat, divinitus contigisse videtur.

V

Monarcha.

Arfes, seu Arsamus ad 3718.

4

Darius Arsami f. ad 3724.

6

MONARCHIA GRÆCORUM.

Alexander Magn. victo Dario Græcorum Monarchiam inchoat ad 3730.

6

Alexandro mortuo post varias bellorum vices Græcorum

corum

coram Imperium in tria præcipuè regna dividitur, Macedonia, Ægypti, Syria; ab hoc cum Machabeorum libris numeramus annos regni Græcorum.

Seleucus Nicator recuperata Babylone, à 3742.	
ad 3773.	32
Antiochus Soter ad 3792.	19
Antiochus Deus ad 3807.	15

Regna, & Respublica in Græcia.

VI

Athenæ Cassandro Macedoni se dedunt, à quo Rector Phalereus instituitur 3736. Mox liberantur per Demetrium Poliorcetem 3747. sed postea ingratae ab eodem expugnantur 3753. & iterum liberae 3764.

Lacedæmone regn. ex Agid. Arius, Acrotatus.

Ex Proclid. Eudamidas I. Archidamus IV. Eudamidas II. Agis III. Proclidarum extremus.

Macedon. R. Philippus Amintæ f. regnat à 3694. ad 3718.

Alexander Magn. f. ad 3730.

Macedonia, & Ægypti Reges hujus sæculi.

Post Alexandrum in Macedonia regnant Arideus fr. 1. Cassander 19. Philippus II. 1. Antipater, & Alexander II. 3. Demetrius Poliorcetes 6. Pyrrhus m. 7. Lyfimachus 6. Meleager. Antipater Softenes 2. Antigonus Gonatas 36.

In Ægypto regn. Ptolem. Lagi f. ad 3778. 40.

Ptolem. Philadelphus ad 3807. 39

Regna, & Principatus extrâ Græciam.

VII

In Ægypto, fugiente in Æthiopiam ultimo Regum

G

gum

gum Nectenabo, Persæ iterum usque ad Alexandrum Magnum dominantur.

Carthaginenses, terrestribus, maritimisque opibus præpollentes, terrarum imperium affectare incipiunt:

Romani post Tarentinos, Picentes, & Salentinos domitos, totius Italiæ Domini.

Sicilia iterum libera 3708. Romanorû beneficio.

Fergusius ex Hibernia vocatus initium dat Scotorum Regno.

VIII

Bella.

Philippi Macedonis in Græcia bella.

Bellum Samniticum a 3711. per an. 71. ad 3782. Triumphorum 24. materies.

Alexander M. per Europam, Asiam, & Africam victor arma circumfert ab anno 3720. ad 3730.

Romanorum cum Pyrrho Epirotarum R. bellum 3774.

Gonatae bella cum Spartanis, & Atheniensibus 3785.

Bellum Punicum I. Siculis contra Carthaginenses Romanorum opem implorantibus 3790.

Romani primò rem nauticam attingunt, & Duillio Duce, nobilem de Pænis victoriam referunt 3794.

IX

Disciplina Severiores.

Phædo Eliensis Eliacæ sectæ conditor.

Speusippus Platonis nepos, ejusque in Academia Successor.

Aristoteles Peripateticorum princeps, Xenocrates Speusippi Successor, Philippus Metonensis, Calli-

lipus Cyzicenus auctor periodi, Anaxarchus Abderita, Diogenes Cynicus, Crates Thebanus.

Theophrastus Philosophiam Aristotelis exornat.

Epicurus voluptatis patronus, Zeno Cithyeus Stoicorum parens, Strato Theophrasti successor.

Aristotelis libri Attali II. metu libros undique colligentis conduntur à Neleo Sceptio, & diu latent.

Jurisprudentia. Medicina.

X

Appius Claudius cæcus Jurisconsultus.

Tib. Coruncanus primus Jus Civile Romæ professus est.

Thessalus, & Draco filii, Polybus Gener, Dexippus Cous Hippocratis discipulus, Nicias Pyrrhi R. Philippus Acarnan. Alexandri M. Medici.

Erasistratus, qui & Cleombrotus, ut rectè Harduinus in Plin. l. 29. c. 1.

Litera Humaniores.

XI

Hecateus Abderita, Abydenus Palephatus, Paris auctor marmoris Arundeliani, sive Oxoniensis.

Megasthenes non Metasthenes Indic. Histor.

Isocrates, Theodectes, Naucrates, Theopompus, Isæus, Demosthenes, Demetrius Phalereus, Rhet. Orat.

Manander novæ Comœdiæ princeps.

Quamvis, Laertio teste, Plato primus Grammaticæ vim inspexerit; certior hujus artis inventor Aristoteles agnoscitur solet.

Artes. Nova inventa.

XII

Pamphilus Apellis magister, Apelles Pictorum

princeps, Protogenes ejus æmulus Artis apicem attigere.

Aristides Apellis æqualis primus animum pinxit. *Plin.*

Æra Seleucidarum A.V. 442. A.C. 312. *Videatur-Noris in Epoch. Syro Maced.*

Simulacris effingendis, vel ex ære, vel ex marmore, super omnes hujus ævi excellere Lysippus, Pyrgoteles, Praxiteles.

Colossus Rhodius artifice Charete Lydio.

Romæ nummus argenteus primò cusus 3785. Tonfores primùm è Sicilia P. Ticinius Romam adduxit.

XIII

Natales Urbium. Architectura opera.

Artemisia marito Mausolo Cariæ Regi sepulchrum nobilissimum posuit 3701.

Alexandria in Ægypto ab Alexandro M. condita 3723. mox aliæ plures per Asian urbes.

Seleucus Nicator novem à se conditas Vrbes de suo nomine Seleucias appellat. *Appian. in Syriacis*

Appia via strata, & Aquæductus per Appium Claudium 3743.

Antiochia ad Orontem, quàm inchoaverat Antigonus, absolvitur à Seleuco 3753.

Pharus turris celeberrima in conspectu Alexandriae à Ptolemæo Philadelpho per Sosstratum Architect. erecta 3770.

Astacus à Nicomede R. Bithyniæ instaurata nomen ab eo ducit 3792.

XIV

Viri, & Res memorabiles.

M. Valerius ope Corvi Gallum in Monomachia vincit; inde Corvinus appellatus 3705. Man-

Manlius filium injussu pugnantem securi percussit 3715.


Decius pater 3714. Fil. 3759. se pro Republ. devovet.

Romæ veneficia Matronarum detecta 3723.

Porus Indorum R. ab Alexandro victus 3727.

Phocion de Athenis optimè meritis damnatur 3736.

Agathocles Siciliae Tyrannus obit 3765.





Ab A N N O 3800. Ad 3900.

I

Progenitores Abrahami.

DUCES, ET PONT. HEBRÆOR.

Onias II. D. & P. ad 3821. 14

Simon II. D. & P. ad 3846. 25

Onias III. D. & P. ad 3882. 36

Anno 3879. Jason Onia fr. PseudoPontif. & post eum Menelaus, Lyfimachus, Alcimus omnia subvertunt.

Machabai dicti Assidei hoc est sancti, mox corrupta voce, Assimonai.

Mathatias pater Judæ D. & P. ad 3888. 1

Judas f. D. & P. ad 3894. 6

Jonathas D. & P. ad 3912. 19

Religionis incrementa, & damna.

Pontifices jidem, qui Duces:

Ptolemæus Philop. minis, & pœnis Judæos ad Ægyptiacos ritus compellit 3839.

Jason, Menelaus, Lyfimachus ethnicos ritus inducunt. Antiochus Epiphan. Templum profanant. Templum ponit Jovi Hospitali in monte Garizim 3885.

Eleazarus, Salomona mater, & septem filii Machabæi pro religione fortiter obeunt 3887.

Mathatias Judæum Diis thus adolentem interficit 3888. Fit Dux, & Pontif.

Tertia dedicatio Altaris per Judam Machabæum instaurati 3889.

Hu-

I I

*Humani Generis divisio in Gentes ,
Hebraorum politica .*

III

Onias II. Ptolomæo Evergeti solvit 20. argenti talenta , quæ Syrio Regi pendebat 3811.

Recepta per Antiochum Magnum Judæa, Græcis in Syria regnantibus , iterum subditur , sed brevi tempore 3836.

Ptolomæus Philopator, victo Antiocho Magno, Cælesyria , Phœnicia , Judæa potitur ; quare Ægyptiis Regibus Judæi iterum parent 3837.

Antiochus Magnus potitur Syria , & iterum Judæis imperat 3857.

Res supra naturam .

IV

Ptolomæus Philopator dum in adyta Templi entat irrumpere divinitus coercetur 3837.

Judæi ab eodem Ptolomæo elephantis obtentili exponuntur in hippodromo, sed Angelorum ope servantur 3838.

Heliodorus Hierosolymitanum Templum exilaturus ab equite cælesti terretur 3870.

Monarcha .

V

Seleucus II. Callinicus ad 3827,	20
Seleucus Ceraunus ad 3830.	3
Antiochus III. Magni ad 3867.	37
Seleucus Philopator ad 3879.	12
Antiochus IV. Epiphaniæ ad 3890.	11
Antiochus V. Eupator ad 3892.	2
Demetrius Soter ad 3903.	14

Regna, & Respublica in Græcia.

Lacedæmone Proclidis extinctis regnant ex Agid. Areus, Leonidas II. Cleombrotus II. Cleomenes III. Mox Agidis etiam deficientibus brevi regnant Agefipolis, & Lycurgus, atque post hos Tyranni Machanidas, & Nabis, quo cæso prius paret Achæorum Reipublicæ superiore sæculo exortæ, denique Romanis.

Quintius Roman. jus dicit in Græcia, omnesque ejus Civitates liberaſ esse jubet 3858.

Macedonum R. R. Demetrius II. 10.

Antigonus Tutor 12. Philippus III. 12.

Perſeus 11. quo victo Macedonicum Regnum Romanis cedit 3887.

Ægyptii Reges, Ptolemæus Evergetes ad 3823. 26

Ptolemæus Philopator ad 3850. 27

Ptolemæus Epiphanes ad 3873. 23

Ptolemæus Philometor ad 3907. 35

Regna, & Principatus extra Græciam.

Ponti, Bithyniæ, Armeniæ Reges post Alexandrum Magnum exorti.

Pergami Princeps 1. Phileterus Spado, cui ſucceſſit fr. Eumenes 3789.

Romani Siciliam 1. mox Sardiniam, & Hiſpaniam, Carthaginensibus victis, in provinciam redigunt, eamque dividunt in citeriorem, & ulteriorem.

Pergami R. I. Attalus I. Eumenis f. 3812. Mox Eumenes II. & Attalus II. Eumenis fr.

Parthorum Rex I. Arſaces, à quo Arſacidarum

rum familia, & Reges posteri Arfaces, 3808. Huic succedunt Arfaces II. Priapacius, & Phraates I.

Bella.

VIII

Pœni Romanos grandi clade profligant propè Drepanum 3805.

Pugna Roman. & Carthag. ad Ægates 3812.

Bellum Illyricum 3825.

Punicum II. 3836. Pugna ad Thrasimenum 3837. Cannensis 3838.

Afdrubal à C. Nerone ad Metaurum cæsus 3847.

Annibal à Scipione Afric. victus in Africa 3852.

Bellum Romanorum cum Macædonibus 3854.

Bellum Rom. cum Antiocho Magno 3863.

Bellum Rom. cum Perseo 3883.

Disciplina Severiores.

IX

Jesus Sirachi f. Ecclesiasticum ex Ethicis Salomonis libris concinnat. *Huictius ex aliis.*

Berosus Chaldæus Astron; Apollonius Pergæus, Aristarchus Samitus, Archimedes Syracusanus Mathematici nobilissimi.

Cleanthes Stoici Zenonis, Lyco, seu Glyco Stratonis Peripat. auditor, Athenodorus Solensis Isterius, Hermippus Smyrnensis, Lacydes novæ Academiæ auctor, Chrysippus Cleanthis discipul. Eratosthenes, Agatharchides Gnidius Panætius.

Euclides Geometra sub Ptolomæo Lagi. Mâlè à quibusdam cum Megarensi confunditur.

Jurisprudentia. Medicina.

X

Sextus Ælius Pætus ab Ennio laudatus, à quo Jus Ælianum.

Cato

Cato Censorius, M. Cato eiusdem f. & Scipio Nasica Juris peritissimi.

Eratosthenes Cyren. Historicus, Philosophus, Medicus; Arateus Cappadox hoc ævo Medicæ artis gloria, Vossio iudice, floruit.

Archagatus primus è Græcia Romæ Medicinam profitetur 3935. *Plin.*

XI

Litera Humaniores.

Manethos, Philocorus, Berosus, Eratosthenes, Cassius Hemina Hist.

Cethegus Cos. M. Porcius Cato. Tiber. Sempronius Gracchus, Diophanes Mytilen. Orator.

Poetarum Plejas, in qua Theocritus, Aratus Lycophron, Callimachus, Apollonius, Homerus Junior.

Prima fabula data Romæ à Liu. Andronico. Nævius, Ennius, Plautus, Terentius.

A bello Punico II. diligentius culta est lingua Latina.

Crates Mallotes primus Romæ Grammaticus.

XII

Artes. Nova inventa.

Agæfander, Polydorus, & Athenodorus Rhodii, quorum est Lacon in Vaticano servatus, opus omnibus, & Picturæ, & Statuariæ artis præponendum ex Plinio. Metrodorus Philosophus, & Pictor.

Ctesibius Tonsor Pneumatica, & hydraulica organa invenit, regnante Evergete. *Athen. l. 4.*

Floralia 3814. Ludi Apollinares 3842.

Archimedes Syracus. speculis naves incendit 3840. Romani primò usi auro signato 3847.

Lu-

Ludorum Megalensium origo 3850.
 Horologium ex aqua Romæ primò factum.
 3895.

Natales Urbium. Architectura opera.

XIII

Via Flaminia per Etruscos Aretium ducens à
 Flaminio Censore munita 3835.

Circus Flaminius Romæ à Flaminio Censore
 extructus 3835.

Murus per 600. passuum millia à Sinis ad ar-
 cendos Tartáros extructus, ducentis circiter ante
 natum Christum annis.

Savo, vulgo *Savona* à Magone Carthagin. ædi-
 ficatur post diruta à Romanis Vada Sabatia, quo-
 rum illa ruinis crevit. *Hist. Mss.*

Genuam à Magone Pæno dirutam Lucretius
 Spurius exædificat 3851. *Livius.*

Cornel. Scipio Nasica Romæ inter primos splen-
 didè cœpit ædificare.

Viri, & Res memorabiles.

XIV

Mater Idea Romam invecta 3849.

M. Attilius Regulus necatur a Pœnis 3803.

Q. Fabius Maxim. cunctando rem Romanam
 restituit.

Romæ Templum Jani clausum 3819.

M. Porcius Cato Censorius, optimus Orator,
 optimus Imperator, optimus Sénator, & inte-
 gritatis exemplar.

Scipio Afric. Senior Romæ indignè traductus
 Linternum secedit, ubi exul moritur 3967.

Bacchanalium pestis Romæ extincta 3968.

Ab



Ab ANNO 3900. Ad 4000.

I *Progenitores Abrahami.*

Simon D. & P. ad 3919. 8

Joannes Hyrcanus D. & P. ad 3950. 31

REGES ITERUM.

Aristobulus R. & P. 3950. 1

Alexander Jannæus R. & P. ad 3975. 26

Hyrcanus R. & P. ad 3988. 13

Aristobulus II. R. & P. ad 3991. 3

Pulso fr. mox dejectus à Pompeio.

Hyrcanus iterum ad 4024. 49

Cum per annos plures una cum Antipatro Herodis I. patre, & eodem Herode Tetrarcha Regnum administrasset, hujus tandem jussu interemptus est.

II *Religionis incrementa, & damna.*

Pontifices iidem, qui Duces, & Reges.

Judæi, & Samaritæ pro Templo litigant ante Ptolem. Philomet. Victoria Judæis cedit 3906.

Pharisæorum secta oritur A. C. 140.

Sadducæi Hæretici apud Hebræos.

Essæi, siue Esseni Samaritanorum secta, cujus origo incerta, plura cum Pythagoreis, & Stoicis habens communia. *Joseph l. 10. Antiq. c. 13.* Ex his multi postea Christianis accessere.

Joannes Hyrcanus Samaritanum Templum destruit 3925.

*Humani Generis divisio in gentes .
Hebraeorum Politica .*

I II

Jonathas Demetrii Nicatoris ope nixus Judæam recipit , Hierosolymam instaurat 3902.

Ejusdem cum Romanis, & Spartiatis foedus 3911.

Simoni ad Demetrii partes transiens plenam Judæis obtinet libertatem, cujus annos numerare incipiunt 3912.

Jannæus epulans, coram se 800. Judæos è nobilioribus crucibus jubet affigi.

Judæi à M. Pompejo domiti Romanis in posterum parent 3991.

Hyrchanus ob varias fortunæ vices dictus Fortunæ pila.

Res supra naturam.

IV

Perpetuum, & omnibus notum Probatice Piscinæ miraculum, quo aqua per Angelum mota, primus è languentibus in eam descendēs valetudinem recipiebat, usque ad Christi Reparatoris tempora perdurasse constat è Sacris Paginis.

Joannem Hyrcanum Divino instinctu futura quandoque prævidisse narrat Josephus.

Monarchæ.

V

Alexander Bala ad 3907.	55
Demetrius Nicator ad 3909.	3
Antiochus Balæ f. ad 3911.	2
Tryphon Tyrannus ad 3914.	3
Antiochus Sidetes ad 3925.	11
Demetrius Nicator iterum ad 3919.	4
Antiochus Grypus ad 3938.	29

An-

Antiochus Cyzicenus simul ad 3959. 18
 Seleucus VI., Antiochus X., & Eusebes, Philippus, Demetrius Enceres, Tigranes, Antiochus Asiaticus Reguli potius, quàm Reges in Syria, quæ à Pompejo redacta est in Provinciam 3991.

VI

Regna, & Respublica in Gracia.

Athenæ, quæ ab anno 3764. libertatem qualemcumq; usurpaverant, anno 3969. à Sylla expugnata Romanis parent, & abolentur Archontes.

In Ægypto regn. Ptolem. Physcon ad 3937.	29
Ptolemæus Lathurus ad 3954.	17
Ptolemæus Alexander ad 3964.	10
Ptolem. Lathurus iterum ad 3973.	8
Ptolem. Alexander II. D.	19
Ptolem. Alexander III. ad 3989.	17
Ptolem. Auletes ad 4003.	13

VII

Regna, & Principatus extra Graciam.

Romani, eversa Carthagine, Africæ Domini, victis Achæis, deleta Corintho, Græciam in provinciam redigunt 3908.

Pergami Rex Attalus III. Populum Rom. regni, & opum suarum hæredem scribit 3921.

Gallia Narbonensis fit Romanorum provincia 3933.

Africani Junioris, & Marii in Africa: Syllæ, & Pompeji in Asia: Cæsaris in Europa victoriis Rom. propagatur Imperium. Sylla Dictator ab an. 3972. ad 3975.

Ciceronis Cos. prudentia, & vigilantia Respublica à nefariis Catilinæ consiliis liberata 3991.

Par-

Parthis imperant Mitridates I. Phraates II. Artabanus I. Mithridates Magnus, Orodes Crassi victor.

Bella.

VIII

Viriathus Lusitanus fortiter, & feliciter contra Romanos bellum gerit à 3904. ad 3915.

Bellum Punic. III. 3905. In eo Carthago everfa 3908.

Bellum Jugurthinum ad 3905. Marii de Cimbris victoria, & bellum Servile in Sicilia 3953. Italicum, seu Marficum 3963. Mithridaticum 3966. Bella Civilia Cinnæ, Marii, Syllæ, Sertorii ab anno 3967. ad 3981.

Bellum Servile Spartaco inventore 3981.

C. Julius Cæsar ab an. 3995. ad 3405. in Gallia, Germania, & Illyrico rem Rom. feliciter gerit.

Disciplina Severiores.

IX

Arcefilas auctor Academ. II. Pyrrho Sceptus, à quo Sceptici, seu Pyrrhonii, quibus omnia incerta.

Tarsus in Cilicia nobile literarum emporium. Strabo l. 14.

Hipparchus, & Geminus Astron. Aristobolus Philos. Hebræus, Carneades Cyren. à quo Academ. III. Cresibius Pneumaticus, Hiero Mechan. Philo, & Charmides Academ. IV. Antiochus Philonis auditor. Academ. V. conditores. Diogenes Stoicus. Philo laudatus, & Dionysius Magnæsius Cicerois magistri.

—Crisolaus Peripatet. Zeno Epicureus, quem Cicero laudat.

Captis

Captis per Syllam Athenis Aristotelis, & Theophrasti libri ex Bibliotheca, Apellicontis Tey Romam deferuntur teste Plutarcho. Hinc Aristotelica secta, quæ per tria sæcula aruerat. Andronico primo Aristotelis Scholiaste annitente revirefcit.

X

Jurisprudentiæ . Medicina.

M. Manilius Q. Mut. Scævola Pub. f. Q. Mut. Scævola Q. Auguris f. M. Junius Brutus, C. Martius Figulus Gn. Aufidius, C. Antistius Labeo Senior juris Oracula.

Nicander Colophonius, Asclepiades Pruseus, qui neglecta Hippocratis medendi ratione novam condidit. Mithridates R. Ponti, cujus Medicos libros Pompejus Latinè verti mandavit.

XI

Litera Humaniores.

Q. Fabius Maxim. Servilianus, L. Calpurnius Piso, Polybius, Alexander Polyhistor, L. Sisenna, L. Claudius Quadrigarius. Hist.

Æmil. Lepidus, Servius Galba, L. Crassus, M. Antonius, Q. Hortensius Orat.

L. Plotius Gallus, qui primus Romæ Latinam Rethoricam professus est, Hjerocles, Apollonius Molo, per quos Cicero profecit. Nicander, Turpilius, Pacuvius, L. Attius Senior, & Junior, Lucilius, Q. Atta Togatarum Scriptor, Lucretius, Catullus Poetæ, Aristarcus Grammatic.

XII

Artes . Nova inventa.

Lala Virgo Cyzicena Pictrix Varronis juvena
Ro-

Romæ, & penicillo pinxit, & cestro in ebore.

Posis, ex eodem Varrone, plastes nobilis, à quo facta poma, & uvæ, ut non posset quis discernere à veris.

Arcefilaus plastes Luculli familiaris.

Incensa à Mummio Corintho 3908. Æs Corinthium fluxit, cui luxuria postea pretium fecit, vel ante aurum. *Plin.*

Natales Urbium. Architectura opera.

XIII

C. Gracchi Trib. Plebis lege Carthago restituitur 3931. Primus omnium Metellus Macedonicus ædem ex marmore Romæ molitus, vel magnificentiæ, vel luxuriæ princeps fuit. *Vell. Patere.*

M. Æmilius Scaurus viam Flaminiam Censor stravit.

M. Aurelii Scauri Theatra è ligno amplissima, cardinum singulorû. versatili libramêto suspensa.

Pompejus Theatrum dedicat 3999.

Viri, & Res memorabiles.

XIV

Massinissa Romanorum amicissimus quatuor superstites filios relinquit, inter quos Jugurtha. 3906.

Scipio, & Lælius mirum amicitiaæ exemplum.

Numantia everfa Scipionis Africani Junioris virtute 3921.

Gracchorum Tib. & Caii, Drusi, & Saturnini Romæ seditiones post Attali hæreditatem.

C. Marius III. Cos. victus à Sylla latet in Palude 3966.

Mithridates Asia potitus omnes tota provincia Romanos una die necat 3966.

H

Ab



Ab ANNO 4000. Ad 4053.

Progenitores Abrahami.

I	
<i>Æra Hispan.</i>	<i>Antipater Herodis I. pater Judææ, Procurator à Casare constituitur 4007.</i>
<i>A. V. 716.</i>	<i>Herodes I. Afcalonita Judææ Tetrarcha 4012. mox R. dictus an. 4014. regnare incipit 4017. ad</i>
<i>Anti- och.</i>	<i>4054. Herode regnante, natum esse Christum huma- ni generis. Reparatorem, sacro. id. Evangelista.</i>
<i>723. Laodi- cena</i>	<i>tradente, fatentur omnes; verùm de Nativitatis anno varia Chronologorum sententiæ; nos cum</i>
<i>724. Alexã drina</i>	<i>Labbeo, aliisque eam amplectimur, quæ illam Herodiani regni 37. statuit.</i>
<i>724. Christi</i>	
<i>D. Na- tivitas</i>	

I I

Religionis incrementa, & damna.

Pontif. iidem qui Reges.
Sinagogæ paulò ante Christum natum 480. nu-
merabantur.
Joseph Deiparæ Mariæ Sponsus.
Templum ab Herode. inauguratum, ejusque
quarta Dedicatio instituta 4030.
MARIA. V. Deipara filia Joachim, & Annæ
nasc. 4039.

JE-

JESUS CHRISTUS DEI FILIUS nascitur
4053. 25. Decembr.

Sāctimonia florent Simeon senex, & Anna Proph.

Humani generis divisio in gentes.

Hebraeorum politica.

III

Antigonus Aristobuli f. Judææ regnum petens
reijcitur à Cæsare 4007. sed Parthorum ope Hierosoly-
ma potitur 4014.

Hyrcanus captivus abducitur.

Herodes Hierosolymam expugnat. 4017.

Eodemque anno capite plechitur Antigonus
Assamonæorum postremus.

Herodes regnum adulatione partum, per scele-
ra, & cædes confirmat.

Bellum anceps contra Arabes gerit 4023.

Res supra naturam.

IV

Pluribus prodigiis fuisse prænunciatum Dei-
paræ Virg. ortum docet communis Orthodoxo-
rum consensus.

Angelus Joannis Baptistæ nativitatem Zaccha-
riæ thus in Templo offerenti prænunciat 4052.

Arch. Gabriel MARIÆ V. JESUM ex ea in-
tacta nasciturum annunciat 25. Martii 4053.

Judæi Dæmones à corporibus obsessis pelle-
bant. *Liquet ex 12. c. Matthæi.*

Idque per exorcismos è libris Salomonis de-
sumptos factum opinatur Genebrardus.

Monarcha.

V

Pompejus M. Consul. sinè Collega 4002.

C. Jul. Cæsar V. Dict. & Cos. occiditur 4010.

H 2

C. Octa-

C. Octavius, M. Antonius, M. Lepidus Triumviri 4011.

MONARCHIA ROMANORUM.

C. Octavius Cæsar Augustus post Actiacam victoriam solus imperat 4024.

Omnes posthac Imperatores Cæsares, & Augusti appellati.

Præfectus Urbis stabilis ab Augusto instituitur, primusque dicitur C. Clinius Mecænas, & post eum Messala Corvinus.

V I

Regna, & Respublica in Græcia.

Ptolemæus Dionysius cum Sorore Cleopatra ad 4007.

Cleopatra sola ad 4024.

Post Actiacam pugnam, in qua victa cum Antonio ab Augusto fuerat, cum M. Antonius sibi manus intulisset, & ipsa ultro periit, defecitque omninò Græcorum Imperium.

V II

Regna, & Principatus extra Græciam.

Romani in Europa, in Africa, in Asia rerum latè potiti, Reges omnes finitimos, vel socios habent, vel vectigales, ac tandem Ægypti, quod unum supererat è Græcorum Imperio regnum, Domini 4024.

Parthis imperant Phraates III. Tyridates, & Phraates IV.

Scotorum Historici Metellanum decimum septimum Regum suorum numerant.

V III

Bella,

M. Crassus cæsus à Parthis 4001.

Bellum Civile inter Cæsare, & Pompejum 4005.

Pugna Pharsalica 4006.

Fi-

Finis belli civilis 4009.

Cassius, & Brutus ab Octavio, & M. Antonio
victi 4012. Bellum Perusinum 4014.

Ventidius Bassus de Parthis triumphat 4021.

Actiaca pugna 4023.

Parthi sponte signa de Crasso rapta, & capti-
vos restitunt 4034.

Disciplina Severiores.

LX

M. Tull. Cicero, & M. Terentius Varro Roma-
norum ante se omnium doctissimi.

C. Nigidius Figulus, Anaxilaus Laryssaëus Py-
thagorici, & Magicæ artis suspecti.

Andronicus Rhodius, Jason Stoicus, Theodo-
rus Tripolitès, Philosophi.

Sosigenes Astronomus, cujus præcipuè opera
Cæsar Kalendarium instauravit.

M. Vitruvius Pollio Architect. princeps, Dio-
nysius Geographus.

Jurisprudentiæ . Medicina .

X

Appius Augur, Q. Ælius Tubero, Servius Sul-
pitius Semonia, L. Attejus Capito, C. Antistius
Labeo Junior Jurisperitorum principes.

Themison Laodicenus Asclepiadis magistri se-
ctam mutavit, & aliam inter Medicos excitavit.

Craterus, Apollonius Crassi libertus, Philothe-
us Amphissenus, Dioscorides, Herophileus, Ar-
torius Augusti Medicus, quem Vossius cum An-
tonio confundit.

Litera Humaniores.

XI

Sallustius, Cornelius Nepos, L. Aruntius, Che-
remon,

remon, Diodorus Siculus, Cæsar Histor.

M. Tullius Cicero. C. Scribonius Curio, M. Antonius Triumvir, Timagenes Orat.

Elpidius Sextus, Clodius Siculus, Porcius Latro Rhetor.

M. Terentius Varro, Archias, Æmilius Macer, P. Virgilius Maro, Horatius, Domitius Marfus, Tibullus, Propertius, Albinovanus, Aulus Sabinus, & alii, Poetæ.

Turannio Varro, Attejus, L. Varius, Plotius Tucca, Grammat. & Philol.

XII

Artes, Nova inventa.

Æra Hispanica A. V. 716. A. C. 38.

Æra Antiochena A. V. 273. A. C. 31.

Æra Laodicena A. V. 724. A. C. 30.

Æra Alexandrina, sive Ægyptiaca eodem anno.

Ludi Quinquennales 4026. Sæculares 4037.

Timomachus Byzantinus sub Cæsare, Ludio sub Augusto celebrantur inter Pictores.

Inter Statuarios memoratur à Varrone Prastiles. Aliorum opera celebrantur, tempora silentur.

XIII

Natales Urbium. Architectura opera.

Lugdunum in Gallia conditum per C. Munatium Plancum Procos 4011.

M. Vipfanius Agrippa bellica gloria, & ædificandi laude celebris Pantheon Romæ condit 4027.

Unico Ædilitatis anno lacus 700. fecit, Salientes

tes 105. Castella aquarum 130. & alia plura cultu magnifica . *Plin. l. 26. c. 6.*

Herodes I. Hierosolymis Theatrum, Amphitheatrum, & nobilissimam Regiam extruit 4030.

Viri, & Res memorabiles.

XIV

Pompejus M. Ptolemæi R. jussu in Ægypto necatur 4006.

Cato Uticensis sibi manus infert 4008.


M. Tullius Cic. proscriptus occiditur à Popilio Centurione, quem defenderat 4011.


Perusia capta, multi Senatores & Equites ad aram Cæsari Sacram mactati 4014.

Thebæ in Ægypto, Tralles in Lydia terræmotu everse 4026.

Mecœnas literatorum præsidium, & decus.

Julia Augusti f. adultera relegatur 4048.







JESUS CHRISTUS

Sacerdos Magnus, & cœlestis
vitæ Magister.

IESUS Dei Filius octava post natiuitatem die circumciditur, mox adoratur à Magis Arabiae Regulis, offertur die quadragesima in Templo, inde Angeli monitu transfertur in Ægyptum, unde rediit post Herodis Ascalonitæ mortem, duodennis cum Legisperitis agit in Templo. Latet postmodum in fabrilis Josephi officina usque ad annum ætatis trigesimum, à quo, post Judæam miraculis, & doctrina per triennium illustratam, anno trigesimo tertio inchoato, in Crucem à Judæis actus, suo sanguine scelus humanum luit, mortisque victor, cœlum, undè venerat, repetit; Petrum ejusque Successores suæ potestatis Vicarios relinquens in terris.

SÆ-


SÆCULUM I.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

- 1**
Ætas VII. ad Mundi finem.
1. **S.** PETRUS Galilæus à Christi in Cœlum ascensu ejusdem in terris Vicarius, 36. anno Antiochiæ Sedem locat, 43. Romæ, cùmque eam ibi annos 14. mens. 5. dies 12. tenuisset, è cruce evolavit ad Superos 29. Junii 67. An. 24 m. 5
- 2 S. Linus Volaterran. M. à 67. ad 78. 11 3
- 3 S. Cletus Roman. M. à 78. ad 91. 12 7

Præcipua in Romanorum Pontificum Historia Controversia.

Ex Patrum, & Historicorum fide, ex vetustissimis monumentis tam certum est, fuisse Romæ locatam à D. Petro Primatus Pontificii Sedem, ut id sanæ mentis inficiari nemo possit. *Videatur Nicol. Maria Pallavic. in egregia Defens. R. Pontif. l. 3. c. 6.*

Multa de inito, ac deposito à S. Clemente Pontificatu, ejusdemque mortis tempore sunt apud Historic. controversa. *Papebroch. in Conatu Chronolog. & in appendice.*

R. Pontificis in Ecclesia Potestas, Magisterium, Veneratio.

3

Christus Dei filius Petro totius Ecclesiæ Principatum, & supremam in ea ligandi, & solvendi potestatem promittit. *Matth. 16.*

Idem, Petrum supremum omnium Christi fide-
 rium Pastorem instituit. *Joan. 21.* Po-

Potestatem hanc Petro, ejusque Successoribus datam, Concilia, Patres, Sacri Interpretes, Theologi, aliique Scriptores innumeri docuere, quorum plures videre est apud *Card. Bellarmin. & Gaultier. in Tabulis Chorogr.*

Agnovere Martyres, SS. Viri, Cæsares, Reges, Episcopi, & omnium ferè gentium populi. E plurimis pauca damus.

*Pontificum Romanorum, & S. R. E.
Cardinalium Ritus, & vices.*

IV

S. Clemens, quem D. Petrus sibi Successorem designarat, Linum præcedere maluit, ne apud posteros noceret exemplum.

S. Cletus primus Cleri, & Pop. Romani suffragiis in Pontificem electus.

S. Clemens ad tuendam Pontificiam dignitatem peculiare vestes assumit.

Qui Rom. Pontifici consilio, & opera adessent, quod Cardinalium est munus, hoc sæculo non lesuere, sed Cardinalis nomen non est auditum.

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

V

Innocentes pueri primitiæ Martyr.

S. Stephanus Martyrum Primicerius, furentius in Christianos Hebræis 33.

I. Persecutio Neronis incipit an. 64. desinit 68. In ea palmas adepti SS. Petrus, & Paulus, Andreas, & alii.

II. Domitiani ab an. 90. ad 96. In ea Martyres plurimi, sed insigniores Acilius Glabrio exconsul 94. & Flav. Clemens Domitiani patruelis.

III. Trajani cœpta 98. desinit 116. In ea coronati

nati Simeon Cleophæ filius Hierosolym. E. & Ignatius Antioch. E.

6

Concilia Generalia, & Provincialia:

R. indicat reprobatum. R. P. partim probatum, partim reprobatum G. Generale.

Hierosolymitanum I. in quo cælesti sorte Judæ substitutus Mathias 33.

Hierosolymitanum II. in quo septem Diaconi electi 33.

Hierosolymitanum III. in quo statuta ab Apostolis Circumcisionis, & legalium abrogatio.

Antiochenum ab Apostolis celebratum, cujus Nicænum G. videtur meminisse. *Ex Turriano contra Magdeburg.* Sed dubium est, & anni incerti.

Meliaporensis apud Indos à S. Thomá celebratum. *Athan. Kircher ex monum. ejus Ecclesia Chin. Illustr. p. 2. c. 7.*

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

S. M A R I A Virgo Deipara annum agens 72. moritur an. partæ salutis 57.

S. Joseph MARIÆ Sponsus, moritur, ut opinantur aliqui, anno 28.

S. Joannes Baptista 31.

SS. Apostoli, & Discipuli Domini.

S. Maria Magdalena.

S. Tecla V. & M. 47.

S. Petronilla V. 69.

S. Martha V. 74.

S. Dionysius Areopagita Atheniensium, ac uti traditur, etiam Parisiensium Episcopus.

S. Flavia Domitilla V. & M. 98.

SS. Nereus, & Achillæus MM. 98.

Pro-

Propagatio Fidei, & Bellæ Sacra.

8

Apostoli per Orbem terrarum dispersi docue-
re Fidem, Petrus, & Paulus Romam, Jacobus Zebed,
Hispaniam, uti traditur, Joannes Asiam Minorem,
Andreas Scythiam, & Achajam, Philippus Asiam
Superiorem, Thomas Parthos, & Indiam, Bar-
tholomæus Armeniam, Albaniam, & citeriorem
Indiam, Matthæus, & Mathias Æthiopiam, Si-
mon Mesopotamiam, & Persidem, Judas Thadæ-
us Arabiam, & Idumæam, Paulus Ethnicos va-
rios, Joseph ab Arimathæa Britannos, ut fertur.

SS. Lazarus, Maximinus, Martialis, Crescenti-
us, Saturninus, Trophimus primi apud Gallos
Christianæ Fidei præcones,

Sacri Ritus inducti, Antiquati.

9

Christiani nomen Antiochiæ natum,
Institutio diei Dominicæ, & festorum Nativit.
Christi, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis,
Pentecostes.

Jejunium quatuor temporum, & Quadrage-
narium.

Usus Aquæ benedictæ, & Signi Crucis.

Cantus Ecclesiæ cum duplici Choro.

Horarum Canonicarum distinctio.

Lampades, & sacra lumina.

Stationes in arenariis ad preces.

Diaconissæ, Dypticha Sacra.

Agapæ triplices.

De Mitra Episc. nil certi, fixique traditur. C.

Bona.

Sacer

10

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

D. Joannes Baptista ab Eremo ad Jordanis ripas veritatis, & poenitentiae Praeco, vitae Monasticae, & Religiosae Antesignanus. *Ex Epist. D. Hieronym. ad Eust.*

Coenobitarum disciplina à tempore praedicationis Apostolicae sumpsit exordium. *Cassian. collat. c. 5.*

Esseni, sive Jessai Alexandriae, ut quibusdam visum est, Religiosi.

S. Dionysius Areopagita Monasticae professionis meminit. *C. 6. Eccl. Hier.*

Qui Crucigerorum Ordinem à S. Cleto Rom. Pontif. institutum affirmant, non videntur audiendi.

11

Miracula.

Christus Dei Filius in terris degens, edit innumera Divinae virtutis signa, quorum partem sacri Evangelistae referunt.

Idem à Sectatoribus suis ingentia miracula patrandae praenunciat. *Joann. 14. Matth. 16.*

Sanctissimi Apostolorum Principes, Petrus, & Paulus, alique per Orbem terrarum Christianam Religionem plurimis, maximisque miraculis sanctiunt.

Aliquot miracula habemus in Actis Apostolicis.

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

Obmurmuratio Graecorum adversus Hebraeos, cui tollendae creati sunt septem Diaconi, quorum apex S. Stephanus. *33.*

Petrus, cum secum Paulus in Concilio Apostolorum disceptaverit, non despexit Paulum, quod
Eccle-

Ecclesiæ prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit. *Verba sunt S. Cypriani Ep. 71. ad Quintum.*

S. Petrus cum Simone Mago, quem Roma veluti Numen adorabat, contendit; ac ex aere volantem precibus præcipitem agit.

Hæretici.

13

Judas Sacramentarium antesignanus, teste S. Jo. Chrysof. *hom. 46. in Evangel.*

Simon Magus rerum sacrarum mercatum, & nundinationem primus proposuit: hinc ab eo Simonia nomen invenit.

Thebutes, Alexander Ærarius, Hymenæus, Philetus, Diotrophes, Cerinthus, Cleobius, Ebion, Menander, Dositheus, Nicolaitæ.

Certum non est Nicolaum unum è septem Diaconis auctorem Nicolaitarum fuisse.

Imperatores Romanorum.

14

1.	O CTAVIUS Cæs. Augustus moritur Christi nati an. 15. Imperii	44
2.	Tiberius adoptatus ab Augusto ad 37.	33
3.	C. Caligula Germanici ex Agrippina fil.	4
4.	Claudius Nero filius Drusi, Liviae Nepos	13
5.	Domitius Nero Agrippinae fil. Germanici Nepos ad 68.	13
6.	Sergius Sulpitius Galba primus à militibus electus Imper. ad 69.	M. 8
7.	Silvius Otho à militibus pariter electus M. 3.	8 Au-

- | | | |
|----|---|------|
| 8 | Aulus Vitellius à militibus extra Urbem dictus | M. 8 |
| 9 | Flavius Vespasianus à militibus appellatus ad 79. | 10 |
| 10 | Titus Vespasianus Flavii F. ad 81. | 2 |
| 11 | Flavius Domitianus Titi frater ad 96. | 15 |
| 12 | Nerva Coccejus à Domitiani interfecto-ribus dictus ad 98. | 2 |
| 13 | Ulpius Trajanus primus exterorum adop-tatus à Nerva ad 117. | 19 |

15 R. Imperii, & Italia Vices, Respublica, Principes.

Armenia, & Pannonia à Tiberio adjunctæ Ro-mano Imperio.

Idem Cappadociæ Rege per speciem amicitiaè evocato, retentoque, ejus regnum in provinciam redegit.

Claudius Britanniam, & Orcades insulas sine prælio, & sanguine subigit.

Achaja, Thracia, Lycia, Samus, Rhodus in di-tionem Pop. Romani redactæ sub Vespasiano.

16 Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Romæ sub Augusto numerata sunt Civium ca-pita quadragies centum millia, hoc est, ut vulgò loquimur, quatuor milliones, & 60. millia.

Sub Claudio censa sunt sexaginta novem cen-tena, & quadraginta quatuor millia incolarum, hoc est septem ferè milliones.

Triplici incendio hoc sæculo deformata est Ro-ma, primò sub Claudio, secundò sub Nerone, tertiò sub Tito,

Reges Gallia.

17

Francorum, five Gallorum Regum feriem daturus, pauca de tribus eorum Stirpibus præmitto, ita tamen, ut ea prorsus omittam, quæ, vel fabulosa, vel fabulis proxima habentur à peritissimis vetustatis indagatoribus. Hujusmodi porrò censentur quæcumque fermè ante Merovœum primæ Stirpis auctorem, nullo antiquo teste producto, à plerisque traduntur.

Hispania Reges.

18

Christo Humani generis Reparatore nascente, penes Romanos Hispanicarû rerum potestas erat.

Hi, Cantabriæ novis motibus æstuanti, frænos injecere, præsidiis per Provinciã dispositis. *Mariana.*

Otho Cæsar Baticæ Præfecturæ, Mauritaniam Tingitanam contribuit. *Idem.*

Sub Vespasiano, & Domitiano Hispania in Bæticam, Lusitaniam, & Tarraconensem provincias primò diuisa est. *Idem.*

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatum initia, & vices.

19

Thraciæ Regum Tacitus, & alii meminere.

In Germaniã Maroboduus ab Arminio victus pellitur. *Tacit.*

Britanniæ, Hiberniæ, Dania, Norvegiæ, Sveciæ Reges hoc sæculo à neotericis memorantur.

Metellanus Scotorum Rex, Christo nascente, secundum regni annum numerabat.

Corbredus cognomento Galdus, five Galgacus Scotorum Rex, ut est apud Tacitum *in Vita Agric.*

I

Ini-

20

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

Herodes Aſcalonita moritur anno 1. Filii, Archelaus Judææ Rex, Herodes Antipas Galileæ, Philippus Iturææ Tetrarchæ dicuntur ab Augusto 2. Archelaus an. 6. relegatur.

Judææ Procuratores conſtituuntur.

Herodes Agrippa I. primò per Caligulam Galileæ Rex 38. mox, & Judææ per Claudium 41. Agrippa II. ſucceſſit 43.

Hoc mortuo Judæa iterum Procuratoribus creditur.

Parthorum, Æthiopum, Arabum, Armenorum, Cappadocum Reges à vetuſtis Scriptoris, Sinarum à Neotericis memorantur.

21

Bella Clariora.

Augustus Imper. Ducibus Tiberio, & mox Germanico rem Romanam in Dalmatia, Sarmatia, Pannonia, & Germania proſperè gerit.

Corbulo ſub Nerone Parthos, & Armenos bello domat.

Hebræi ob Flori Procuratoris atrocina, & cædes, à Romanis deſciunt, & hinc horum in eos bellum Veſpaſiano, & Tito Ducibus.

Agricola Dux Romanus ſub Domitiano per Britanniam, & Hiberniam arma circumfert, & plerumque feliciter. *Tacitus in Vita.*

22

Prælia, & Bellorum Eventus celeberrimi.

Legiones Romanæ ſub Q. Varrone à Germanis cæſæ 9. *Clades hæc Augusto lacrymas expreſſit.*

Domitius Corbulo, fugato Tiridate Armeniæ

Re-

Rege, capta Artaxata, comburit & delet sub Nerone.

Suetonius Paulinus cæsis 80. Britannorum millibus Monam occupat 61.

Subacta est à Tito Hierusalem, ubi undecies centena mortalium millia fame, aut gladio periere, centum millia publicè vendita 70.

Belli Duces Nobiliores.

23

Sentius Saturninus, & Valerius Messala Augusto imperante.

Germanicus Cæsar Drusi filius.

Arminius Cheruscorum Princeps.

Tacfarinas Numida cum Romanis varia fortuna congressus.

Mutianus, & Antonius Vespasiani asseclæ.

Agricola Historici Taciti Socer rebus in Britannia gestis nobilis.

Trajanus bello clarus, mox Imperator.

Galgacus Scotus cum Agricola sinistro plerumque Marte congressus, sed semper fortis.

Casus Tragici, Calamitates publica.

24

Fidenis, ruente amphitheatro triginta hominum millia obruta sunt 27.

Sejanus à Tiberio accusatus, unco in Tiberim trahitur 31.

Herodes Agrippa Rex, populi acclamatione supra humanum fastigium elatus, manifesta Divini Numinis ira, foeda vermium tabe conficitur.

Fames dira Romæ, & in Italia, imò per totum ferè Terrarum orbem 41.

Quatuor Imperatores Populi Rom. Nero, Galba,

ba, Otho, Vitellius intra biennium per ludibrium periire.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Tyberis inundatio Romæ 5. & iterum 15. anno post nostræ salutis initium.

Eclypsis, & terræmotus Christo Domino moriente 33. *Illius meminit Phlegon apud Eusebium.*

Duodecim Urbes Asiæ, in quibus Ephesus, & Sardis, nocturno terræmotu collapsæ 33.

Nova insula inter Theram, & Therasiam Ægei maris emergit 46.

Ignis è Vesuvio copiosus, & cineres, quibus inter alios obrutus Plinius; Herculæ, & Pompei urbes sepultæ 75.

26

Res memorabiles, sive Sacræ, sive Propriæ.

Messala Corvinus orator celebris, duobus ante obitum annis sui etiam nominis obliviscitur.

Phœnicem sub Tiberio visam testantur Tacitus, & Dio; verum de anno discrepant.

Nero magnam Urbis partem, obscuris ædibus informem, per ludum incendit, ut ardentis Trojæ imaginem exhibeat.

Joseph Anani, per septennium lamentabili voce futuras Hierosolymæ calamitates prænunciat.

Titus Fulonius 150. annum agens Bononiæ sub Claudio vivebat. *Geneb.*

27

Schola, Academia, literarum incrementa, & detrimenta.

Athenæ, quamvis minori jam gloria docerent, præcipuum tamen adhuc doctrinarum emporium erant.

Ro-

Rhodom plerique, alii Massiliam Græcis florentem artibus, studiorum Magistram habere consueverant.

Publica scriptorum recitatio, & mutua inter literatos eorundem emendatio plurimum studiis proderat.

Augustus, & Vespasianus Cæsares Mercurialium virorum amantissimi.

Postremus è Fisco stipendium Rhetoribus tribuit.

Caligula, bonarum artium osor, de abolendis litterariis summorum virorum monumentis Homerii, Livii, & aliorum consilium coeperat. *Sveton.*

Theologia positiva.

28

S. Matthæus Evangelium scribit anno post Christum natum 40. S. Marcus Evang. D. Petri jussu an. 43. S. Lucas Evang. 47. Acta Apostolor. 57. S. Joannes Apocalypsim 97. Evang. & Epistolas 99. S. Petrus Epistolas 3. & S. Paulus Epist. 14. diversis temporibus. S. Jacobus Epist. 1. S. Judas Epist. 1. incerto tempore.

Christi Domini ad Abagarum, & Abagari ad Christum Epistolæ suspectæ. *V. Theol. contentiosam.*

Theologia contentiosa. Suspecta Patrum Scripta.

29

S. Barnabæ Epistola suspecta.

Prochori Diaconi, S. Lini Papæ, S. Martialis scripta omnino supposititia.

Liber Pastoris ab Herma D. Pauli discipulo scriptus, attamen suspectus.

D. Hierothei opuscula periere.

D. Clementis Epistola ad Corinthios genuina, cæteræ supposititiæ.

Con-

Constitutionum Apostolic. opus proculdubio antiquum, sed meliorum judicio Clementem non sapit. Reliqua Clementi assignata apocrypha.

30

Jus Canonicum, & Civile, Legumlatores.

Postquam Res Romana ad unius potestatem devenit; Romanorum ingenia sequuta Principatus rationem plus in cognoscendo jure civili, quàm in prosequendis eloquentia studiis opera posuerunt. Floruere itaque, Attejus Capito, Labeo Antistius, M. Cocceus, Nerva pater, & filius, Maturius Sabinus, Cassius Longinus, à quo Cassiani, qui illius placita asserebant; Coelius Sabinus, Sextus Pedius, Pegasus.

De Canonibus Apostolorum Antiochenæ Synodo adscriptis apud eruditos lis est.

31

Philosophia.

Athenodorus Tarsen. Stoic. Xystus Pythagor. Sotion, & Attalus Senecæ Magistri.

Platonici Juniores, inter quos Philo Judæus.

Annæus Cornutus Persii Magister.

Potamon Alexandr. Electricis sectæ parens.

L. Annæus Seneca, Nicolaus Damascenus.

Alexander Ægeus, Euphrates, Cheremon Stoic. Serapion.

Apollonius Tyanens Philos. & Magus.

Plinius Historiæ naturalis Scriptor semper eruditus, non semper verax, optimis nuper notis ab Harduino illustratus.

32

Medicina.

Euphorbus Antonii frater, & Jubæ Mauritanii Re-

Regis Medicus; Cassius, & Scribonius Largus sub Tiberio.

Cornelius Celsus Latini Hippocratis nomine donatus.

Menecrates Sectæ Rationalis.

Valens, & Xenophon sub Claudio.

Pedacius Dioscorides Neronis tempore.

Theſſalus sub Nerone Themisonis sectam suam fecit.

Andromachus Theriacæ inventor, Neronis Medicus. Crinas, & Charmis Massilienses.

Evax Rex Arabum. Seleucus Cyzicenus, Stratocles Sidonius.

Mathematica.

33

Strabo Amasenus Geograph. Strato item Amasenus, & Geograph. ut aliquibus placet; sed mihi verosimilius est eundem esse cum Strabone, geminosque ex uno factos librariorum mendo.

Trasyllus, Marinus Tyrius, Hyginus, Melas, Proclus Senior.

Andromachus Cretensis primus edit Theoricæ Planet, sub Vespasiano.

Tiberii Cæsaris edicto Mathematici; hoc est damnatæ astrologiæ professores, Urbe pulsi.

Historia, & Chronologia.

34

Trogus Pompejus Narbonensis, cujus epitomen habemus à Justino.

Titus Livius Patavinus, cujus Historiæ Rom. libri 35. tantum supersunt ex 122. quos ut minimum scripsit. *Qui Byzantii deperditos reperiri tradunt, proculdubio rugantur.*

I 4

Dio-

Dionysius Halicarnasus, Valer. Maximus, Luc. Fennestella, Vellejus Paterculus, Q. Curtius, Cremutius Codrus,

Joseph, & Justus Hebraei sub Vespasiano. Achajæ Presbyteri S. Andreae Apostoli mortem scripsere.

Abdias Babylonis ad Tigrim, hoc est Bagdati Episc. nam testibus Strabone, & Plinio Babylon ad Euphratem hoc ævo jam interierat. Hujus Historia, vel supposititia, vel corrupta.

35

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

L. Annaeus Seneca pater, Cæcilius Collantianus religione Judæus, M. Antonius Liberalis, Statius Surculus, siue Ursulus, quem aliqui cum Statio Poeta confundunt, Fabius Quintilianus, Rhetores.

Messala Corvinus, Asinius Gallus, Q. Haterius, Votienus, Montanus, Domitius Afer. Oratores.

Philistion Mimographus, Ovidius, Phædrus, Persius, Juvenalis, Silius Italicus, P. Statius Papinius, Sædus Bassus, Lucanus, Petronius Arbitrator, Valerius Flaccus, Martialis Poetæ.

Hierotheus primus Poeta Christianus excelluit pangendis sacris hymnis.

36

Philologia, & Grammatica.

M. Verrius Flaccus, Probus Berytensis, Q. Remnius Palæmon, Demetrius Ixion. Grammatici.

Sextus Pomp. Festus, ut aliquibus placet, sed ejus ætas incerta, certè post Martialem, & fortasse sub Imperatoribus Christianis.

Asco-

Asconius Pedianus, Ciceron. Scholiastes, & L. Jun. Moderatus Columella nobiles Philologi & Auream Latini Sermonis. atque ad extrema Augusti tempora; Argenteam vero ab his ad Neronis mortem eruditissimi Grammatici, producunt. Videantur hac de re Scioppius in Opusculo de Stilo Historico, & Borrichius de variis Latinae linguae aetatibus. 37

Nova inventa. Artifices nobiles.

37

Theriaca ab Andromacho Cretensi inventa. Vitri-flexilis temperamentum, Tiberio Principe excogitatum, sed ejusdem jussu tota cum artifice officina abolita, ne pretium æris, argenti, & auri metallis detraheretur. Plin. Quinquennialia certamina Romæ celebrata Neronis principatu. In his, ut cætera mittantur, Poeta victor æneo vase, & corona donabatur; ut liquet ex Nummo apud Trifanum. Ludi Capitolini sub Domitiano 85.

Urbium natales, & alia. Architectura opera illustra

38

Cæsarea Philippi ad fontes Jordanis condita 12. Colonia Agrippina Germanici Cæsaris opus 15. Ratisbona olim Imbriopolis 32. Portus Romanus ad Ostia Tyberis à Claudio Cæsare 42. Fossa Corbulonis inter Rhenum, & Mosam 47. Hæc est Canalis à Rheno derivatus per Corbulonem spatio 23 m. pass. Mosæ congregiens ad Crimpam pagum Ortel.

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

39

Augustus moriens gloriatur, se Romam lateriti-

riti-

ritiam invenisse, marmoream relinquere.

Architecturam hoc ævo majestate, & soliditate nobilissimam floruisse docent multa antiquitatis peritis notissima, inter quæ

Aquæ Claudiæ, & Anienis novæ ductus inchoati à Caligula, à Claudio absoluti.

Theatrum Marcelli, cujus extant in Sabello- rum palatio reliquiæ.

Amphitheatrum vulgò Colossœum.

Templi Pacis à Vespasiano conditi reliquiæ.

40

Pictura, Staturaria, earumque Romæ vices.

Pauci hujus ævi Pictores, Amulius, Corneli- us, Avius Priscus, unus fermè Statuarius Zeno- dorus memorantur, quamvis plures floruisse con- stet.


Spectabantur nupèr in reliquiis Thermarum Titi umbræ quædam veterum, & optimarum ima- ginum, quarum delineationes servat egregius An- tiquitatis indagator Jo. Petrus Bellerius. *Videsis ejus opus de Sepulchris Nâsonum.*

Quæ in Sepulchro Cestii visebantur minùs lau- dantur. *Vide eruditam de his Dissert. Octavii Fal- conerii, quem magno rei literaria detrimento imma- tura mors nobis eripuit.*

Quæ supersunt in Arcu Titi anaglypha floren- tissimam hoc ævo Statuariam ostendunt.



SE-



SÆCULUM II.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

I

4	S. Clemens Roman. M. à 91. ad 100.	9	6
5	S. Anacletus Athen. M. à 101. ad 110.	9	3
6	S. Evaristus Græcus M. à 110. ad 119.	9	3
7	S. Alexander Roman. M. à 119. ad 130.	10	6
8	S. Sixtus Roman. M. à 130. ad 140.	9	10
9	S. Telesphorus Thuriensis M. à 140. ad 152.	12	9
10	S. Hyginus Athen. M. à 152. ad 156.	4	9
11	S. Pius Aquilejens. M. à 156. ad 165.	9	6
12	S. Anicetus Syrus M. à 165. ad 173.	8	9
13	S. Soter Fundanus M. à 173. ad 177.	4	0
14	S. Eleutherius Nicopol. M. à 177. ad 192.	15	1
15	S. Victor African. M. à 192. ad 201.	9	2

*Præcipua in Romanorum Pontificum**Historia Controversia.*

2

Quamvis Anacletum à Cleto distinguendum omnino persuadeant plures Romanorum Pontificum Catalogi, Missæ Canon, & cum Card. Baronio eruditissimi viri; adhuc supersunt, qui eundem cum Anacleto Cletum esse velint. *Videatur Papebroch. loc. cit.*

Quinam sit inter Pium, & Anicetum temporis ordine præferendus apud probatissimos Scriptores nondum planè liquet. *Papebroch. ibidem.*

Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.

3

S. Irenæus l. 3. c. 3. loquens de Rom. Ecclesia. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorē principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam.

Tertullianus in Scorpiaco. Si adhuc clausum putas Coelum, memento claves hinc Dominum Petro, & per eum Ecclesiae reliquisse.

Eodem teste, quamvis tunc inimico l. de Pudic. c. 1. Pontifex Roman. Maximus, & Episcopus Episcoporum appellabatur.

4

Pontificum Romanorum, & S. R. E.
Cardinalium Ritus, & vices.

Sub Anacleto Pontifice 72. Cardinales institutos qui tradunt, vix fidem inveniunt.

S. Evastus 7. Urbis Regionibus, quot ea tempestate numerabantur, septem Diaconos assignavit, ut in sua quisque Regione Sacra procuraret.

Hi Titulum à Regionibus desumebant, scribentes ex. c. Cyprianus Diaconus S. R. E. Regionis I. S. Hyginus Ecclesiae gradibus ordinatis, Presbyteros, & Diaconos Cardinarios, siue Cardinales creditur distinxisse.

5

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

Ab Hadriano mitigata, non omnino sublata. Sub eo passi SS. Getulius, & Symphorosa cum septem filiis.

IV. Sub M. Aurelio, & Luc. Vero vexati Christiani à 161. ad 174. In ea Martyres SS. Justinus,

Po-

Polycarpus, Photinus, Blandina, Felicitas septem
Martyrum parens 173.

Prorogatur à Commodo, sub quo coronatur
Apollonius Senator genere, & doctrina nobilis
176. circ.

V. Severi ab anno 200. circiter ad 211.

In ea Leonidas Origenis Pater, S. Irenæus E.
Lugd. Martyrio claruere.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Cojacense in Hispania 150.

Cæsariense in Palæstina, & Romanum, de cele-
bratione Paschatis 196.

Ponticum, Gallicum, Osrohenum, Achaicum,
in eadem causa Paschatis 198.

Asianum R. 198.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

S. Onesimus E. S. Pauli Discipul. M. 101.

S. Romulus E. 108. S. Simeon E. & M. 109. S.

Titus E. M. 109.

SS. Eustachius, & Socii MM. 118.

SS. Faustinus, & Jovita MM. 122.

S. Sabina Romanar. Matronarum exemplar 132.

S. Praxedes V. 164.

SS. Gervasius, & Protasius MM. 167.

S. Benignus Divion. Apost.

S. Photius E. 177. S. Andreolus 199.

SS. Ferreolus, & Ferrutius Bisuntinorum Apo-
stoli MM.

Propagatio Fidei, & Bella Sacra.

8

S. Barsimæus E. Edessæ, & in Syria plurimos
Christo lucratur.

Chri-

Christianam fidem amplectuntur Rheti per Lucium, & Emeritum ibidem Martyres: Nervii, & Morini per SS. Fuscianum, & alios.

Anglia cum Lucio primo Regum omnium Christiano per Aristobulum, Fugatium, & Damianum; Celtæ, Sequani, Allobroges per S. Irenæum, & alios Christianis adduntur.

Pantænus Philos. à Demetrio Alexand. ad Indos missus, eos Christo addicit.

Donaldus Scot. R. à Victore I. R. Pont. Præcones fidei Christianæ petit, & accipit. *Boet. Leslaus.*

9

Sacri Ritus inducti, antiquati.

Alexander I. usum Aquæ lustralis amplificat. S. Sixtus I. Sacra vasa ab aliis, quàm ab Ecclesiæ Ministris tangi vetat.

Telesphorus Quadragenarii jejunii morem ab Apostolis inductum lege sancit; Proparentes in Sacro Baptismate instituit. *Genebrard.*

S. Soter P. jubet à Sacerdote nuptias consecrari.

Epistolæ inter Catholicos Formatae, seu Patentes, Encyclicæ, Decretales, Pastorales, Synodicae, Dimissoriae, Memoriales, Confessoria inductæ.

Tres Missæ in die Domini Natali.

10

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

Plerique, ac pleræque sexaginta, ac septuaginta annos nati, qui à pueritia se in Christi fidem tradiderunt, incorrupti permanent. *S. Justin. in Apost.*

Invenias multos ex nostris, & viros, & foeminas, qui in cælibatu consenscunt, quòd Deo conjunctiores se futuros sperent *Athenagor. in Apol.*

Ri-

Ritus in Sacris Virginitibus velandis, & consecrandis decreti à Pio I.

S. Narcissus Hierosolym. Ep. Anachoreticam vitam degit 199.

Miracula.

11

Quot annis flata die mare aperitur, ut Christianis cultoribus adire detur D. Clementis sepulchrum, sub undis divinitus extractum.

Bello Marcomanico Rom. copiis pluviam ad sitim levandam, in hostes fulmina de Cœlo precibus evocat Christiana Legio, indè Fulminatrix dicta.

Floruere hoc sæculo miraculorum gloria SS. Clemens, Faustinus, & Jovita, alique innumeri.

Testes habemus Hegesippum apud Eusebium, & Ethnicos, qui crebra prodigia Magicis artibus tribuebant.

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Cum Victor I. in Concil. Romano 198. ad controversias de Paschate, inter Christianos exortas tollendas, decrevisset, ut celebraretur Dominico die post Lunam decimam quartam, Asiaticos, decreto parere detestantes, Ecclesiasticis diris devovit. Ex hac agendi ratione, quæ severior nonnullis est visa, schisma conflatum est, quod Ecclesiam usque ad Concil. Nicænum I. exagitavit.

Hæretici.

13

Elxajus, & Jexeus fratres, Saturninus, Basilides, Carpocrates, Valentinus, Nazaræi, Ophitæ, Cainani, Sethiani, Gnostici, Bardesanes, Bassus, Ptolemæus,

inæus, Marcus, Heracleon, Cerdo, Marcion, Appelles, Herimogenes, Montanus, Tatianus, Severianus, Allota.

Prodicus Adamitarum parens, Archontici, Blastus, Fiorinus, Quartadecimani.

Lucianus, deserto Christo, factus est atheus, impus Divinitatis, Potentiæ, & Sapientiæ derisor.

14

Imperatores Romanorum.

14 Ælius Hadrianus adoptatus à Trajano

ad 138.

15 Antoninus Pius adoptatus ab Hadriano ad

161.

16 M. Aurelius Antoninus ab Antonino Pio

adoptatus ad 180.

17 L. Verus à fratre in societatem Imperii

adscitus ad 169.

18 Commodus M. Aurelii Antonini F. ad

192.

19 Ælius Pertinax à Senatu invitus accepit

Imperium.

20 Didius Julianus Jurisperitus invasit Impe-

rium.

21 Septimius Severus electus à Senatu ad

211.

22 * Antoninus Caracalla Septimii f. degener.

ad 217.

23 Macrinus cum Diadumeno f. ad 218.

24 M. Aurelius Antoninus Heliogabalus ad

222.

R. Imperii, & Italia vices; Respublica, Principes.

15

Trajanus Daciam subigit, Armeniam de Parthis recipit, Persidem, maximamque Asiae partem Romano adjungit Imperio.

Idem ad Indiae fines progressus tres novas itinere provincias fecit, Assyriam, Mesopotamiam, Armeniam; quibus Arabiam adjecit.

Hadrianus pacis avidus, tres dimittit provincias, quas in Asia Trajanus Romano Imperio adjecerat.

Antoninus Pius iterum profert Imperium.

Roma vices; Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

Opes Ecclesiae Romanae jam exterorum etiam Christianorum egestati sublevandae sufficiebant, quemadmodum tradunt Eusebius, & alii apud Baron.

Non moventia tantum bona, verum & praedia, ac amplissima latifundia possidebant Rom. Pontifices. His alebantur Ecclesiae Ministri, & qui Martyrum acta describebant. Praediorum possessionem ad Urbani I. tempora differt Genebrardus, sed aliter visum Card. Baronio ann: 57. & 387.

Reges Galliae.

17

Prima igitur Galliae Regum familia à Meroveo originem, & nomen traxit. Dictaque proinde est Merovingiorum, & ab anno 448. ad 751. annos omnino 304. regnavit.

Secunda, quae in Pipino Brevi coepit [sive à Carolo Martello illius patre, sive à Carolo Magno ejusdem filio cognomen adepta sit] dicta est Caroli-

K

roli-

rolinorum, & ab anno 752. ad 987. annos 236.
Regnum tenuit.

18

Hispania Reges.

Duos hoc sæculo Imperatores Romæ dedit Hispania, Trajanum patria Italicensem in Bætica natum, ac Ælium Hadrianum Trajani conterraneum, & consanguineum.

Ælius Hadrianus Hispaniam in sex provincias dividit, Bæticiam, Lusitaniam, Carthaginensem, Tarraconensem, Gallæciam, & Mauritaniam.

Ea scilicet Africa parte Hispania contributa.

19

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatumum initia, & vices.

Trajanus, victo Decebalo, Dacorum regno finem imponit 206.

Scotorum Reges hoc sæculo numerantur, Lucacus, Mogaldus, Conarus, Ethodius, Satrael, & Donaldus I.

Gothi sive ex Scandia, sive ex Getarum regionibus erumpentes, multis afflictis provinciis, ad utramque Visurgis ripam sedes figunt 184.

Gothorum nomen supra quadringentos ante Christum natum annos auditum fuisse scribit Trithemius; sed sine antiquo teste.

20

Initia, vicissitudines Regnorum extra Europam.

Pacoro apud Parthos regnante, bellis civilibus eorum opes atteruntur, quare facili negotio sub Cosroe II. à Trajano victi sunt.

Trajanus victum Cosroem II. in ordinem redigit, Parthisque Partamaspatem imponit 112.

circi-

circiter, sed eo à popularibus pulso, Cosroes redit, à quo cum Hadriano firmata pax.

Afsyria, Mesopotamia, & Armenia, revocatis ab Hadriano, qui eas liberas esse voluit, Præsidibus, Reges eligunt 119.

Bella clariora.

21

Trajanus in Decebalum Dacorum Regem, ac postmodum in Scythas bellum gerit.

Idem Trajanus Judæos in Cypro rebelles armis persequitur. Mox contra Parthos felici, contra Arabes infelici Marte contendit.

Rebelles iterum Judæos bello plectit Hadrianus.

L. Verus contra Parthos, Marcus Aurelius contra Mareomannos, bellum feliciter gerunt. *Marcomanni Casari primum memorati, si Sansoni, & Brietio credimus, fuere ubi nunc Bohemi, vel potius Moravi.*

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

22

Trajanus gemina; sed cruenta victoria, intra IV. & V. Consulatum, bellum Dacicum conficit.

Hadrianus Hebræos rebellantes maximis obtulit cladibus.

L. Verus, victo Vologese Parthorum Rege, Parthicus appellatur 162.

M. Aurelius Antoninus, Christianæ legionis beneficio, de Marcomannis triumphavit 173.

Septim. Severus triennali obsidione Byzantium circumfidet 195.

23

Belli Duces Nobiliores .

Artemon Judæorum in Cypro rebellantium.
Dux , a quo ducenta , & quadraginta hominum
millia obruncata . 114.

Andreas Hebræorum Dux in Ægypto .

Placidus, postea S. Eustachius, Dux sub Trajano
insignis.

Barchochebas clarus Judæorum Dux .

Julius Severus sub Hadriano .

Septimius Severus adedè felix , ut nullo con-
gressu non discesserit victor .

24

Casus Tragici , Calamitates publica .

Hadrianus post summam vitæ felicitatem gra-
vi, diuturnoque morbo implicitus , expertus est
quàm miserum esset , cupientem mori non posse
138.

Incendium Romæ , quo absumuntur insulæ
CCCXL. 152.

Pacis Templum cum universis Hierosolymita-
ni Templi spoliis , illic à Vespasiano repositis ,
igne perduntur 193.

Severus supra quadraginta Consulares, & Præ-
torianos Fescennii, & Albinii sectatores occidi ju-
bet 200.

25

Motus Elementorum , & signa de Cælo .

Antiochia horribili terræmotu corrui cum
ingenti civium, asseclarumque Trajani tantæ rui-
næ spectatoris clade . 115.

Terræmotus magni , & crebri , inundationes,
lues, aliæque calamitates Antonino Philos. imper-
Jul. Capitol. Ta-

Tactum de Cœlo Capitolium, & magna Romæ Bibliotheca conflagrat. 188.

Tres circa Solem Stellæ apparent 193.

Res memorabiles, siue sacra, siue prophanæ.

26

M. Antonini Pii tanta fuit Justitiæ fama, ut Bactrianos, Hyrcanos, Indos, aliasque barbaras nationes compulerit, depositis armis, eum arbitrum sumere.

M. Aurelius Antoninus ad belli sumptus exhausto ærario, ne cuiquam gravis foret, instrumentum omne Imperatorii cultus vendidit, mox parva victoria ex manubiis redemit.

Ælius Pertinax tantæ, suscepto Imperio, modestiæ fuit, ut nec uxorem Augustam, nec filium Cæsarem ab Senatu appellari passus sit.

Schola, Academiæ, literarum incrementa, & detrimenta.

27

Literarum studiis Alexandria, Cæsarea, Antiochia claræ habentur.

Lugduni, Augustoduni, ac Vefontione in Gallia literarum studia tradebantur. *De Fresne in Prefat. ad Glosarium eruditissima:*

Romæ concursus erat literatorum ad Bibliothecas, commentandi, & differendi causa, teste Gellio.

Trajanus, Hadrianus, Antoninus literarum amantiissimi, literatos fovent, Bibliothecas condunt.

Prima Christianorum Schola Alexandria, in qua sub Commodo docuit Pantænus. *Genebrard:*

28

Theologia positiva .

S. Dionysius Areop. E. M. de cuius tempore
lis pendet inter peritos antiquitatis.

Aquila, & Symmachus Sacrorum Bibliorum.
interpretes.

S. Theophilus Antioch. E.

S. Melito Sardicensis E.

S. Pinitus E. S. Polycarpus E.

S. Dionysius Corinthius E.

Theodotio interpres Sacrorum Bibliorum, sed
heterodoxus.

S. Irenæus E. Lugd., & Tertullianus hoc sæcu-
lo florere .

29

Theologia contentiosa ; Suspecta Patrum Scripta .

S. Ignatii E. & M. scripta quædam certa , ali-
qua suspecta , nonnulla proculdubio apocrypha .
Videatur Casimirus Oudin. de Scriptor. Eccles.

S. Quadratus , S. Aristides , Tatianus , S. Justi-
nus M. Athenagoras , S. Apollinarius E. Musanus,
Serapion Antiochen. E. M.

S. Evaristi . ; & omnium Rom. Pontificum Epi-
stolæ usque ad Syricium , à Cardinalibus Baronio,
Bellarmino , & aliis ferè omnibus , habentur sup-
posititiæ ; his exceptis , quas infra memorabimus .
Non desunt tamen , qui pro his adhuc pugnent .

30

Jus Canonicum , & Civile , Legumlatores .

Juventius Celsus , cognominis Patris filius . Ne-
ratus Priscus Celsi in Consulatu Collega .

Ulpius Marcellus , Jabolenus .

Domitius Labeo , Volusius Metianus , Marcus
Sal-

Salvius Julianus, cujus extat Edictum perpetuum
Archetypon Pandectarum.

Sebidius Scævola, Vindius Verus.

Didius Julianus Salvii Juliani filius ingenio ce-
lebris, sed breui tyrannide infamis.

Philosophia.

Plutarchus, C. Mafonius Rufus.

Sextus Empyricus, Phavorinus Gallus, Epicte-
tus, Arianus.

Philosophia M. Aurel. Antonino imperante,
Romæ maximè floruit.

Maximus Tyrius, Alcinous, Apulejus.

Agathobulus, Oenomaus, Taurus, Berytius
Platonici.

Celsus Christianorum hostis, Aristides Christ.
Apollonius, & Basilides Cæsaris Veri magistri.

Carpocratiani hæretici Platonem, & Aristote-
lem adorabant.

Medicina.

Rufus Ephesius, Soranus Ephesius.

Coelius Aurelianus Siccensis.

Hermogenes Hadriani medicus, perperam à
Mercuriali l. r. Var. lect. Archigenes appellatur.

Sextus Empyricæ sectæ propagator, cui malè
tribuitur liber de medicina animalium.

Claud. Galenus Pergamenus inter 12. subtilis-
sima ingenia à Cardano numeratus, & 200. Volu-
minum Auctor, Dogmaticæ sectæ propagator.

Julianus Alexandrin. sub Antoninis.

33

Mathematica.

Menelaus, Dionysius Halicarnas. alius ab Historico. Phlegon Trallianus Hadriani libertus.

Diophantus Alexandrinus Algebrae inventor, ut Regiomontanus rectè monet; quamvis alii Arabi Gebro nobile inventum tribuere malint.

Claud. Ptolemæus Astronomiam, & Geographiam feliciùs excoluit, ideoque, & Astronomorum & Geographorum princeps est habitus.

34

Historia, & Chronologia.

Tacitus, Suetonius, Tranquillus, Arianus, Solinus, Ælius Phlegon, Lucius Florus, Appianus Alexandrinus, Justinus sub Antonino, Diogenes Laertius, Ælianus, Pausanias.

Aildegastus Vates Francorum Vitam Sunonis Regis, ut aliqui nullo antiquitatis teste scribunt, literis consignavit.

Hegesippus Senjor primus Ecclesiasticæ Historiæ Scriptor. Junioem Hegesippum quare saecul. 10.

Justinum Trogi Epitomatorem, Antonino imperante floruisse cum Vossio puto; quamvis aliter visum sit Scioppio, qui tamen eum proba latinitatis auctorem agnoscit.

35

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

Dio Prusæus, Dio Chrysostomus, Aphthonius, Fronto Cornelius, sive Priscus Philosophiæ simul, & dicendi præceptor, M. Antonino Imperatori carus, Rhetores.

Plinius Junior ex Senioris Sorore natus, Panætius Cretensis. Oratores.

Teren-

Terentianus Maurus, Mefomedes, Palladius, Rutilius Senior, Lucius Valerius Pudens 13. annorum puer in Agone Capitolino victor. Poetae.

Eloquentia, qua in liberis populis semper maxime valuit, Caesaribus rerum potentibus Romae prius à Rostris, mox, & à foro penè repulsa languet.

Philologia, & Grammatica.

36

Apollonius Alexandrinus, ejusque filius Herodianus sub M. Antonino Grammatici celebres apud Græcos. Nicanor Hermiæ fil. Gramm. Græcus.

Aulus Gellius Noctium Atticarum scriptor, quem alii Agellium dicunt, floruit Romæ sub Antonino Pio.

Aenea Latini Sermonis atas, qua, Vespasiano rerum potiente, cæperat, Hadriano moriente, desinit. Ferrea succedit aenea usque ad initium V. à Christo nato seculi. Hoc est usque ad tempus, quo Romæ expugnata est à Gothis; quibuscum loquendi barbaries infusa est Urbi.

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Quanti hoc ævo fierent nobiles artes; discere licet ex eo, quod de Hadriano narrat Dio in vita ejusdem.

Hadrianus celebres quosdam, & excellentes artifices, quos aquare non poterat, subvertit, alios eorum studiorum, & artium amulos interfecit: quippe cupiens omnes in quacumque arte, & disciplina superare.

38 *Urbium natales, & alia. Architectura opera illustria*

Trajanopolis altera in Prygia, altera in Thracia sub Trajano.

Hadrianus instaurat Hierusalem, & de suo nomine Æliam appellat.

Ponte planè admirando Trajanus Danubium jungit, cujus adhuc manent nomen, & vestigia.

Murus dividens Scotiam à reliqua Britannia per 80000. passus ab Hadriano ductus.

Hadriani apud Tiburtes Villa, cujus adhuc rudera miramur. In ea provinciarum, & locorum celeberrima nomina inscripserat, veluti Lycæum, Academiam, Canopum, Pœcilen, Tempe. *Spartianus in Vita.*

39 *Architecti nobiles; Architectura Romana vices.*

Appollodorus Pontis, per Trajanum Danubio impositi, Architectus, ut rectè Fabrettus in *Syntagm. ad Column. Trajani Tristanum redarguens*, qui *Lacero Architecto pariter nobili, hanc laudem tribuit.*

Trajanus Urbem plurimis, & pulcherrimis ædificiis ornavit, quæ artem, & magnificentiam vel è ruinis ostentant; sed cum studiosius his nomen suum inscriberet, dictus est *Herba parietaria.*

Sepulchro Hadriani superba moles imposita ab Antonino Pio, artis tum florentis excellentiam abundè docet.

40 *Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.*

Hadrianus Imperator venustissimè pinxit, atque etiam effigies è cera, & creta formavit. *Dio in vita.*




Frag-


Fragmentum Picturæ ex Villa Hadriani, nunc in Musæo Ducis Parmensis, magno iudice Carolo Maratto, Raphaelis Urbin., vel Annib. Caracii manum referre videtur.

Quæ inventæ sunt in sepulchro Nasonum picturæ 1674. hoc sæculum redolent. Pars earum translata est in Alteriorum hortos. *V. Fabretum de Aqueductibus.*

Columna Trajani florentem, Antonini deficientem Statuariam ostendit.

M. Aurelii Statua Equestris in Capitol. magni artificis opus.




SÆCULUM III.*Christi Vicarii Romani Pontifices.*

I	<i>Æra Dio- cletia- ni 284.</i>	16	S. Zephyrinus Roman. M. à 201. ad 219.	18	1
		17	S. Callistus Roman. M. à 219. ad 224.	5	1
		18	S. Urbanus Roman. M. à 224. ad 231.	6	7
		19	S. Pontianus Roman. M. à 231. ad 235.	4	5
		20	S. Anterus Græcus M. à 235. ad 236.	D.	43
		21	S. Fabianus Roman. M. à 236. ad 250.	15	0
		22	S. Cornelius Roman. M. à 251. ad 253.	2	5
		23	S. Lucius Roman. M. à 253. ad 255.	1	4
		24	S. Stephanus Roman. M. à 255. ad 257.	2	4
		25	S. Sixtus II. Græcus M. à 257. ad 258.	1	0
26	S. Dionysius Græcus M. à 258. ad 270.	12	3		
27	S. Felix Roman. M. à 270. ad 275.	4	5		
28	S. Eutychianus Etruschus M. à 275. ad 283.	8	6		
29	S. Cajus Dalmata M. à 283. ad 296.	12	4		
30	S. Marcellinus Roman. M. à 296. ad 304.	8	0		

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversæ.*

Cyracus Pontifex Ursulanus inter Pontianum, & Antèrum nullus est. *Papebroch. loc. cit.*

Stephanus I. Baptismum in Christi unius nomine collatum, validum, legitimumque esse, nec decrevit, nec decernere potuit. *Ex Theolog.*

Post rem totam solertiùs investigatam, non pauci ex peritis antiquitatis in dubium revocant, quæ de S. Marcellini lapsu, & Sinvesano Concilio tradita sunt.

Roma.

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

3

Origenes supremam Romanæ Sedis authoritatem agnoscens S. Fabiano R. Pon. suæ fidei rationem reddit, datis ad eum literis.

A S. Cypriano Rom. Pontifex dicitur Episcopus Episcoporum. Videatur *Albaspinaus lib. 1. de Ritibus Ecclesia c. 1.*

Pentapolitani S. Dionysium Patriarch. Alexand. tanquam violatæ fidei reum ad Dionysii Rom. Pontif. tribunal detulere. *S. Athanas. in Epistola.*

*Pontificum Romanorum, & S. R. E.
Cardinalium ritus, & vices.*

4

Qui 236. Cardinales Romæ vixisse, sedente Pontiano Pontifice, tradunt, fabulari censentur.

Ecclesia domos, & prædia possidente, Cardinalium Tituli, vel ab his, vel à donantium nominibus sumebantur. Hinc vetustissimi, Lucinæ, Vestinæ, Pastoris &c.

Presbyterium, hoc est Consistorium, primò memoratur sub Cornelio.

Ostiensis Episcopi jam tum munus erat electum R. Pontificem ritu solemniter consecrare.

Papæ nomen, quo Patrem significamus, commune primò fuit Clericis venerandis, & Episcopis omnibus; mox his cœpit esse peculiare. *Baron.*

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

VI. Maximini à 235. ad 237. in Sacros Antistites præcipuè fuit.

VII. Decii, Galli, & Volusiani à 249. ad 254. in ea S. Agatha V. & M.

VIII.

VIII. Valeriani, & Gallieni à 257. ad 260. In ea coronam adepti SS. Sixtus, Laurentius, & Cyprianus.

IX. Claudii II. & Aureliani à 269. ad 275.

X. Diocletiani, Maximiani, & aliorum à 284. Sed præcipuè fuit 303. In ea passi SS. Mauritius, & Socii, S. Sebastianus 286.

6

Concilia Generalia, & Provincialia.

Africanum R. 215. Philadelphense contra Berillum 242. Bostrense in Arabia 249. Romana. 253. 254. 257. 263. Carthaginensia 253. 255. Cæsariense in Cappad. 256. Iconiense, & Synadense RR. 256.

Carthaginensia RR. 256. 256. Africana 257. 258.

Anthiochena contra Paulum Samosat. 264. 270.

Illiberitanum, vel sub finem hujus sæculi, vel sub initium hujus sequentis sub Pontif. Marcellino, antequam Diocletianus fureret in Christianos.

Cirthense R. 303. Sinveffanum plerisque suspectum 303.

Carthaginensia Donatistarum anni incerti II.

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

SS. Perpetua, & Felicitas MM. 205.

S. Barbara V. M. S. Cæcilia V. M. cum SS. Tiburtio, & Valeriano 230. S. Margarita V. M. 250. S. Apollonia V. M. 252.

S. Gregorius Thaumaturg. E. 265. S. Dionysius Alexandr. E. 265. S. Georgius M. 292. S. Gabinus M. 296.

S. Pontius Diacon. S. Zeno E. S. Victorinus Pictaviens. E. M. sub Diocletiano. Cal-

Calvisius in Chronol. ann. 203. SS. Perpetuam, & Felicitatem inter Virgines numerat, ex quo liquet haretici Scriptoris oscitantia.

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

8

Gallia ferè. universa sub Severo fit Christiana. Philippì Imperatores, ut multi tradunt, Christianis Sacris initiantur.

Origenes in Arabiam ab Alexandrino Patriarcha missus, eam cum Principe Christi adjungit Imperio.

Sæculo nondum inclinante, ad omnes ferè cogniti Orbis regiones Christianam Religionem jam pervenisse, testantur Tertullianus, & alii.

Ex barbarorum incurfionibus, quæ pop. Rom. exagitarunt, factum est, (Deo bonum è malis eliciente,) ut plures ex illis, spectata Christianorum virtute, eorum Religionem amplecterètur. *Baron.*

Sacri Ritus inducti, antiquati.

9

S. Zephyrinus S. Eucharistiæ sumptionem circa fest. Paschatis imperat.

Callistus I. confirmat jejunium, quod quater in anno ex Apost. traditione celebratur.

Ritus sepeliendi M.M. cum colobio. Cæmeteria, sive aræ consecratæ, ubi sepelirentur fideles.

Decio Imperante, Litaniarum usus in Orientis Ecclesia frequentatur. *Genebr.*

Templa dedicandi ritus à Felice I.

Racemorum, ac fructuum, jussu Eutychiani, benedictio usurpatur.

Eulogiæ, sive panes benedictione sacri in fine Missæ distribui cœpti. *Sa-*

10

Sacer Cœlibatus; Ordines Religiosi.

Ante omnia Sacerdos, qui Divinis assistit Altaribus, castitate debet accingi. *Origen. Hom. 4. in Levit.*

S. Cyprianus librum scribit de Virginum disciplina.

Paulus Anachoretarum princeps in solitudinem secedit 253.

S. Dionysius ex Monacho Rom. Pontifex, 261. docet jam tum Monachos Sacris honoribus donari consuevisse.

S. Hippolytus Martyr Monachorum meminit. *In Orat. de Consummat. Mundi.*

Flœrent apud Scotos Culdæi vitæ sanctimonia celebres Ascetæ, seu Monachi. *Bærb. Leslais, Buchanan.*

11

Miracula.

S. Gregorius Thaumaturgus precibus montem transfert.

Idem Lycum exundantem baculo coercet.

Mulier ausa indignè ad Sacram Mensam, D. Cypriano operante, accedere, temeritatem subita morte luit.

Prodigiis patrandis clarnere SS. Felix Nolanus, Gregorius Thumat. & SS. Agatha, & Christina.

A S. Cypriano aliqua hujus sæculi miracula traduntur, sed pleraque ab Actis Martyr.

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

In Romano Concilio, decretorio Cornelii iudicio, lapsorum causæ finis impositus est, datæque certæ

certæ leges de iis ad communionem recipiendis
253. vel 254.

Novatianus, à Novato Hæresiarcha impulsus,
Cornelio P. obsistit 254.

Agrippino Carthaginensi E. per errorem Hæreticorum
Baptisma damnante, gravis in Ecclesia
controversa nascitur de instaurando Hæreticorum
Baptismate, quæ plura deinde sæcula tenuit,
quamvis non iterandum Stephanus Pontif. Roma-
nus decrevisset 256.

Alterum schisma conflatur Felicissimus contra
Cyprianum eodem tempore.

Hæretici .

13

Tertullianus, à quo Tertullianistæ, teste S. Au-
gustino, Symmachus, Arabici, Agrippiniani, sive
Rebaptizantes.

Origenis lapsus Ecclesiæ luctuosus, & inde O-
rigenistæ.

Elcesaitæ, Valesii, Novatiani, qui & Cathari,
Noctiani, Homoussistæ, Beryllus, Aquarii, Sa-
belliani, Paulus Samosatenus, Angelici, Aposto-
lici.

Chiliaistæ, seu Millenarii, inter quos Patres ali-
qui, priusquam damnaretur error.

Manichæi, Hieracitæ, Abstinentes.

Imperatores Romanorum .

14

25 Alexander Severus omni genere virtutum
nobilis ad 235. 13

26 Julius Maximinus sine Senatus autoritate
imper. ad 237. 2

27 M. Antoninus Gordianus Senior cum Filio Im-
pe-

L

pe-

perat. ad 238.	I.
28 Maximus Pupienus , & Cælius Balbinus	
238.	I
29 Gordianus Junior patre , & auo Imperat	
ad 244.	5
30 Philippus Pater , & F. genere Arabes ad	
249.	5
31 Decius ab Exercitu dictus Imperator ad	
251.	3
32 Gallus , & Volusianus ejus F. ad 254.	2
33 Valerianus, & Gallienus ejus F. ad 268.	15
34 Claudius II. à Senatu appellatus Augustus	
ad 270.	2
35 Aurelianus è Dacia , five Mæsia oriundus	
ad 275,	5
36 Tacitus insigni moderatione memorandus	
ad 276. M.	6
37 Florianus Taciti frater invasit Imperium ,	
tenuitque . M.	2
38 Probus belli , pacisque artibus clarissimus	
ad 282.	6
39 Carus cum Carino , & Numeriano filiis	
ad 284.	2
40 Diocletianus , & Maximianus fortes , sed	
crudeles ad 304.	20

15 *Rom. Imperii, & Italia vices; Respublica; Principes*

Gordianus, Persis devictis, Antiochiam, Carras, Nisibim recipit.

Gallieno per ignaviam, & luxuriam sedente Romanum Imperium concutitur. Illyricum, Ægyptum, Africam occupant Tyranni. Germani, in Hispaniam, Alemanni in Italiam erumpunt.

Græ-

Græcia, Macedonia, Pontus, Asia à Gothis, Pannonia à Parthis, à Sarmatis, Quædisque populatur. Dacia, quam Trajanus Imperio adjecerat, in perpetuum amissa.

Fanum S. Marini apud Ariminum à D. cognomine conditum, sæviente in Ecclesiam Domitiano, quam in primo exortu nactum est libertatem, eam per annos plusquam 1400. servat intactam. Ex Diplom. Pauli III. & Clementis VIII.

16

Roma vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Antoninus Caracalla, Senatorum Principes fortunis exuit, & vita.

Cùm Senatus Gordianum à militibus dictum Imperatorem probasset, tanta inter Prætorianos Maximini sectatores, & populum Gordiani fauorem dissentio orta est, ut omnia cæde, & incendio sædè complerentur. *Capitol.*

Sub Philippis ingenti ludorum apparatu celebratur annus ab Urce condita millesimus, qui fuit à Christo nato 247.

Aucti hoc sæculo Cardinalium Tituli auctas indicant opes Ecclesiæ.

17

Reges Gallia.

Tertia auctorem agnoscit Hugonem Capetum Hugonis Magni Franciæ, ac Parisiorum Ducis, & Aurelianorum Comitum filium. Ab eo posterum Capetorum cognomento appellati, qui ab anno 987. ad hæc tempora annos jam 718. feliciter imperant. De duabus postremis Regum familiis egregiè *Labœus tom. 3. Breviarii Chronol. Introduct. p. 3. c. 7. ac proinde eum omnino mihi sequendum proposui.*

L 2

In

In prima Stirpe describenda libenter amplector
elucubrata à Godefrido Enschenio *in Vita S. Sig-
berti Kal. Febr. in Exageſi pralim. 3. tom. April. & in
Diatriba de Episc. Tungrensibus c. 10. tom. 7. Maii.*

18

Hispania Reges.

Tetricus sub Valeriano, & Gallieno Hispaniam
tenuit, in quam Germanica Natio per Galliam in-
fusa totis duodecim annis, urbes, agrosque igne,
ferroque vastavit.

M. Aurel. Carus, Imperio suscepto, Carinum
filium in Gallia, & Hispania curare mandavit, eo-
demque tempore M. Aurelius in citeriore Hispa-
nia rem Romanam gerebat.

19

*Aliorum per Europam Regnorum, & Principatuum
initia, & vices.*

Gothi Thraciam populantur, & post Decii cla-
dem 251. plures occupant Rom. Imperii provin-
cias, sæculis 3. 4. 5. & 6.

Quadi, & Sarmatæ, per Gallieni ignaviam; Pan-
nonia potiuntur.

Dania sub eodem Gallieno Romanum jugum
excutit, nunquam amplius subitura.

Probus Bastarnarum centum millibus ad præ-
sidium contra barbaros in Thracia sedes assignat
181.

Carantius, sive Carausius Scotus, Romanis vi-
ctis, Rex Britannorum appellatur 290. *Leslaus in
Hist. Scot.*

20

Initia, vicissitudines Regnorum extra Europam.

Abagarus Osroenorum, sive Edessæ Rex dolo
captus

captus à Caracalla 216. *Calvisius perperam putat, eum fuisse, ad quem Christus literas dedisse fertur.*

Abagarus, sive Abgarus nomen commune fuit omnibus Edeſſa Regibus, ut rectè monet Norius in Epoch. Syro-Macedon.

Zenobia Palmyrenorum Regina Syria potitur, & Phœnicia.

Alexander Severus Hebræos à Præfecto, qui Syrus Archisynagogus diceretur, regi patitur 224.

Artaxerſes, ter victo Artabano Parthorum Rege, regnum transfert ad Perſas 227.

Bella clariora.

21

Picti, & Scoti mutuis cladibus atteruntur.

Imperatores Sept. Severus, & Caracalla in Parthos, & Britannos fauſto ſucceſſu bellum integrat.

Artaxerſes Perſarum Rex poſt victum Artabanum, infeliciter movet in Romanos, à quibus ejuſdem Succeſſores plerumque hoc ſæculo victi.

Contra Gothos, hætenus Romanis ignotos, pugnant Gordianus, Decius, & Claudius II.

Sub Diocletiano, & Collegis Cæſaribus Aſia, Africa, Sarmatia, & Anglia in Europa bellis arſere.

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

22

Alexander Severus, inſigni de Artaxerſe Perſa victoria relata, Romæ triumphat 234.

Gordianus Gothos, Sarmatas, Germanoſque Thraciam incurſantes acie delet 239.

Decius Imperator, grandi clade à Gothis accepta, fugiens mergitur in palude.

Valerianus Imperator à Sapore Perſa victus, captuſque 260.

Cæſa

Cæsa scribuntur à Claudio II. pluribus præliis CCCXV. Gothorum millia, navium 2. millia submerfa.

Aurelianus, ter devictis acie Gothis, servat Italiam 271.

23

Belli Duces nobiliores.

Aurelius, & Claudius Duces sub Gallieno, deinde Tyranni.

Zenobia Palmyrenorum Regina, sæpe victrix, tandem victa

Odenatus Zenobiæ maritus.

Carantius, siue Carausius Scotus, à quo victi Romani 287.

S. Mauritius Dux Thebææ legionis.

Fincomarchus Scotorum Rex, qui victis Romanis, Octavium Britannia Regem profugum restituit. *Leslaus.*

24

Casus tragici; Calamitates publica.

Antoninus Caracalla impotens iræ, Alexandrinorum dicacitatem ingenti eorum strage vindicat.

Decium altero principatus anno, clade à Gothis accepta, fugientem obviam palus haurit.

Roma magnam partem accensa nocturnis ignibus 249. itemque amphitheatrum 254. & Templum Dianæ Ephesinæ 263.

Valerianus à Sapore Persarum R. captus 259. miserabili apud hostes senectute confenescit, ac tandem excoriatus sale conditur.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Solis eclipfis admodum horrida 203. Ve-

Vesuvius ingenti fragore, & horrore flammam,
& ignitos cineres eructat 203.

In Africa diluvium, ignes nocturni Carthagini
nis mœnibus proximè imminentes 203.

Horrendi terræmotus, quibus Urbes aliquot
cum populis haustæ 243.

Res memorabiles, sive sacra sive profana.

26

Alexander Severus Christum in Deorum nu-
mero reponere frustra conatus, in larario suo
privatim coluit.

Idem Magistratus nullos venales esse voluit,
dictitans fieri non posse quin vendat, qui emerit,
nec posse à Principe animadverti in eum, qui
vendat, quod emerit.

Plotinus Philos. frustra petiit à Gallieno, apud
quem gratia valeret, ut Urbs diruta instauraretur,
quæ Platonis legibus viveret, atque inde Pla-
tonopolis diceretur.

Urbs Phrighiæ Christiana, imperante Diocle-
tiano, pro Christi nomine tota comburitur.

*Schola, Academia, Literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Pantæno in schola successit Clemens Alexand.
Clementi Origenes anno ætatis 18, *Genebrard.*

Eandem postea Scholam rexit Pierius Presby-
ter, Origenes Junior appellatus.

Schola Cæsareæ Philosophica, & Theologica
per Pamphilum instituta, Pierii discipulus, &
martyr Pamphilus.

Alexander E. Hierosolymit. Julius Africanus
Cæsareæ primi apud Christianos bibliothecas in-
struxisse leguntur. *Euseb. l. 6.* Mi.

Mirus in Alexandro Severo literarum, & litteratorum amor.

Antoninus Caracalla, Magicis artibus addictus, bonas contemnit, magno literarum, & artium detrimento.

28

Theologia positiva.

Pantænus Philos. Christianus, à quo Brachmanes apud Indos edocti.

Clemens Alexandr. Origenis Magister Ammonius, Origenes Adamantius.

S. Cyprianus E. S. Hippolytus E.

Phileas E. Tripho, S. Dionysius Alexandr. E. S. Zeno E. M. Dorotheus Tyrius suspectus. S. Victorinus Pictaviensis E. S. Gregorius Thaumaturgus E. S. Methodius E. Martyr.

Tetrapla, Exapla, & Octapla Origenis; magno Sacrarum literarum bono. 252.

29

Theologia contentiosa; suspecta Patrum scripta.

S. Irenæus, Tertullianus, Clemens Alex. Minutius Félix Rom. Causidicus, S. Zoticus, S. Cyprianus, S. Archelaus, S. Malchion.

S. Cornelii Papæ Epistola ad Fabium, & alia ad Cyprianum genuinæ censentur.

Quæ S. Sisti Pontif. nomine editæ sunt à Rufino sententiæ, ad Sextum Ethnicum Pythagoricæ sectæ Philosophum spectant.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

Æmilius Papinianus, ejusque auditores, Cajus, Marcellus, Ulpianus, Pomponius, Gordianus, Sabinus, Hermogenes, Africanus, Modestinus, Celsus,

fus, Julius, Paulus, Trifonius, Marcellus, Venatus, Alphenus, Florentinus, Callistratus, Severus, Severianus, è quorum fragmentis contextæ Justiniani Pandectæ.

Proculus, à quo Proculiani dicti sectatores.

Philosophia.

31

Alexander Aphrodiseus, & Ammonius Aristotelis interpretes.

Photinus, & Longinus Amelius Apamiensis, Edesius, Plotinus Platonis sectator obscurus, & Magus Porphyrii Magister.

Olympius Philos. & Magus.

Platonici plurimi, Christianis, alii hoc ævo Magis accessere.

Aliis Patrum Aristoteles, alii Plato hoc sæculo Christianæ religioni opportunior videri cœpit.

Medicina.

32

Q. Serenus Sammonicus, cujus de medicina, & morborum remediis carmen superest, sub Severo, & Caracalla, à quo in cœna est interemptus.

Serenus filius, Gordianis, & Alexandro Mammeæ gratus; hunc Gyraldus in Poetarum Historia cum patre confundit.

Naumachius, Philargius Lycius Naumachii auditor, qui Probo imperante, floruit.

Sextus Africanus Chronologus, & medicus; Theodorus Priscianus.

Mathematica.

33

Censorinus scripto de Die natali locum inter Mathematicos obtinuit.

Ale.

Alexander Aphrodis. librum de Musica emisit.
 Porphyrus sub Aureliano, & Probo Musicum
 opus, & Isagogen rerum Astronom. dedit.
 Anatolius Laodicensis Episc. de numeris scrip-
 sit 283.

Historia, & Chronologia.

34

Marius Maximus, Dio Cassius Nicæus, Hero-
 dianus, Lollius Urbicus, Cordus, Encolpius, Æ-
 lius Sabinus, Volcatius Terentianus, Curius
 Fortunatianus.

Julius Africanus, D. Pontius Diaconus, & Au-
 relius ejusdem Socius, Historici Ecclesiastici.

Anthero Rom. Pontifici plurimum debet Ec-
 clesiastica Historia, cum per Notarios res Marty-
 rum impensius scribi jusserit. Successere Nota-
 rii, qui nunc Prothonotarii Apostolici appellan-
 tur.

35

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

Engamus, Porphyrus, qui & Philosophus,
 Eumenius. Rhetores.

Tatianus Rhetor, & Orator Christianus, S. Ju-
 stini Martyr. discipulus magno cum plausu in
 prima ætate Oratoriam docuit, Eusebio teste:
 sed postea errorum magister factus est Encrati-
 tarum parens.

Numeriano Imperat. posita est statua in Biblio-
 theca Palatina cum inscript. *D. Numeriano Oratori
 potentissimo. Vopiscus.*

Oppianus Cilix Halieutic. scriptor, Nemesia-
 nus, Olympius, qui de Venatione scripsit: Poetæ.

Philippus Imperator ad coercendam Poetarum
 licen-

licentiam eorum nomina delet ex albo Professorum 248

Philologia, & Grammatica.

36

Censorinus præter librum de *Die Natali*, de *Accentu* opus edidit Sidonio Apollinari sæpe laudatum, ideoque Philologis, & Grammaticis rectè adnumeratur.

Lupercus Berythius, Philæmon, Porphyrius Tyrius. *Grammat.* *Hujus opera ad Grammaticam spectantia numerantur a Suida.*

Malchio Presbyt. *Rhetoricæ, & Grammaticæ* Professor præfuit Scholæ Antiochenæ. *Euseb. l. 4. c. 23.*

Latini sermonis proprietates hoc ævo servata est a Juris peritis Papiniano, & aliis, qui in sua Sede numerantur.

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Artes omnes, bellis ubique terrarum sævientibus, languent.

Instituta annorum numeratio per annos Imperii Diocletiani, usque ad annum Domini 532. duravit.

Urbium natales, & alia. Architectura opera illustria.

38

Brandeburgum in Germania à Brenno positum 211.

Sicambria, quæ nunc Hungarorum Buda, conditur 234.

Philippopolis à Philippis Imperat. Bosra in Arabia ab iisdem instaurata 245.

Firmus Tyran. domum è quadratis vitris bitumine

mine, & aliis medicamentis insertis habuisse scribitur à Vopisco.

Aurelia in Gallia ab Aureliano 273.

Severi Vallum inter Scotiam, & reliquam Britanniam 207. A Bodotria ad Glottæ æstivaria per 132. m. pass. ubi antea Agricola provinciam finire decreverat. *Buchanan.*

39

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

Septimius Severus, & Alexander item Severus, ædes Romæ labentes instaurant.

Thermæ Antonini Caracallæ, & Diocletiani magnificentiam florentis adhuc Architecturæ, sed Gallieni veriùs, ut bene notat Fabrettus, quàm Caracallæ Circus extra portam Capenam, labentis infelicitatem docent.

Aurelianus Urbem muris validioribus, & amplioribus munit; sed errant proculdubio, qui eos ad ambitum 50. milliarium extendunt.

Minutol. in Antiquit. Roman.

40

Pictura, Statuaria, earumque Romæ vices.

Codices duo, Terentii alter, alter Virgilio cum pictis fabularum argumentis, hujus ævi picturam exhibent in Vaticana Bibliotheca.

Arcus Septimii Severi Statuariam declinantem, sed celebre Caracallæ caput in Farnesiano Palatio, florentem adhuc videtur ostendere.

Urna marmorea in Porticu Basilicæ Liberianæ, Christianæ Religionis mysteriis insignis, hoc sæculo inclinante creditur elaborata.

SÆ-

•••••
SÆCULUM IV.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

		I	
31	S. Marcellus Roman. M. à 304. ad 309.	4	2
32	S. Eusebius Græcus à 309, ad 311.	2	8
33	S. Melchiades Afer à 311. ad 313.	2	12
34	S. Silvester Roman. à 314. ad 335.	21	1
35	S. Marcus Roman. 336.	0	9
36	S. Julius Roman. à 337. ad 352.	15	6
37	Liberius Roman. à 352. ad 367.	15	4
38	S. Felix II. Roman. M. à 355 ad 358.	3	0
39	S. Damasus Hispanus à 367, ad 384.	17	3
40	Siricius Roman. à 385. ad 398.	13	1
41	S. Anastasius Roman. à 398. ad 402.	4	1

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversa.*

2

Mirum est, ab Eusebio ejus ævi scriptore Marcellum à Marcellino non fuisse distinctum.

Acta S. Silvestri Baronio suspecta, supposititia pluribus aliis habentur; quare cautè legenda.

Si quis fuit error Liberii in causa Athanasii, quisquis fuit non officit ei; quia ex Christi promisso pollent in rebus Fidei asserendis nunquam fallaci magisterio Rom. Pontifices. *Pallav. l. 6. c. 8.*

S. Felix I. quamvis primò Liberii exulis loco intrusus, eo labente legitimus Pontifex est effectus. *Pallavic. ibid.*

3

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

Ecclesia Rom. semper habuit Primatum. *Concil. Oecum. Nican. 1. Can. 6. Videatur Schelestratus in Antiquit. Illustr.*

Omniſub ubique terrarum Episcopis ad Romanum Pontif. provocare licere Synodus Sardiſensis non docet, sed confirmat.

Præferri omniſub Apoftolis meruit, & claves Regni Cœlorum communicandas cæteris ſolus accepit. *Optat. Milevit. loquens de S. Petro Apoft. lib. 1. contra Parmen.*

4

*Pontificum Romanorum, & S. R. E.
Cardinalium ritus, & vices.*

S. Marcellus Cardinalium Titulos auget. 309.

S. Silvester, cum Constantinus nomen Christo dedisset, Thiarae aureum addidit phrygium.

Idem septem Diaconos Regionarios, ſive revocavit, ſive confirmavit.

Aucto Christianorum, & Regionum Urbis numero, Diaconi Cardinales 24. inſtituti.

5

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

SS. Agnes, Lucia, Vincentius, Dorothea, & ut quidam opinantur, Catharina V. & M.

Cæſo deinde per Constantinum Licinio pax Ecclesiæ, & otium ubique partum.

XI. Constantius Arian. vexat Ecclesiam à 340 ad 361.

Sapor Pesarum Rex ab an. 340. ad 369. in Christianos barbarè sævit.

XII.

XII. Julianus 362. crudeliter, sed callidè furit.

XIII. Valens Arian. in SS. Præfules præcipuè
fævit à 366. ad 378. quo cessat Cæsarum furor.

S. Ursula cum 11. Sociarum millibus ab Hun-
nis cæsa. 382.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Romana 313. 315. 324. 325. 337. 340. 341.
368. 369. 373. 382. 386. Arelatense, Ancyra-
num Neocæsariense 314. Alexandrina 319. 339.
362. 363. 398. Gangrense incerti anni.

Nicænum G. I. 325. Tyrium Arian. 335.

Hierosolymit. R. 335. Constantinopolitana A-
rian. 336. 339. 359. Alexandrinum Arian. 339.

Antiochenum 341. falsò creditum Arianorum,
sed verè Catholicorum, & Religioni perutile, ut
egregiè docet eruditissimus Schelestrat.

Antiochena Arian. 345. 361. Mediolanensia.

344. 347. 354. 390. Sardicense Catholic. 347.

Sardicense Arian. 347. Carthaginensia 348. 390.

397. 398. Sirmiense Catholic. 349. Sirmiensia

Arianorum 351. 357. Arelatense Arian. 355. Bi-

terense 356. Laodicenum incerti temporis,

Coloniense 356.

Ancyranum Arian. 358. Ariminense 359. Seleuci-

ense R. 359. Parisiense 362. Anthiochenum 363.

Lampfacenum falsò creditum Arian. 365. Ca-

riense, & Singedunense Arian. 366. Illyricum

367. Tyanense 369. Valentinum I. 374.

Constantinopol. G. II. 381. Aquilejense, & Cæ-

saraugustanum 381. Constantinopolitana 382. 400.

Sidense 383. Burdegalense 385. Trevirensis 386.

Ca-

Capuanum 389. Angariense 391. Hipponense
393. vel circiter. Copenſe 394. Bagajenſe Con-
ciliabulum 394. Taurinenſe 398. Toletanum I. 400.

7

Sanctitate clavi in utroque sexu.

S. Januarius E. M. 305. cujus ſanguis Neapoli,
ſi capiti apponatur, liqueſcit.

S. Nicolaus E. Myrenſis, cujus ex oſſe arido
liquor mirabilis perpetuò fluit.

S. Helena Conſtantini mater 327. S. Paphnuti-
us 325. florebat, S. Antonius Abb. 356.

S. Optatus Milev. E. 364. S. Hilarius Piclav.
E. 369. S. Eufebius E. 370. S. Athanaſius E. Ale-
xandr. 372. S. Hilarion Abb. 372. S. Juvenalis E.
376.

S. Ephrem 378. S. Baſilius Magnus E. 379. S.
Arſenius Abb. 380. S. Liborius E. 386. S. Geminia-
nus E. 387. S. Monica S. Auguſtini Mater, & S.
Gregorius Nazian. E. 389.

S. Gregorius Nyſſen. E. 394. S. Ambroſius E.
398. S. Martinus E. 397. 400. vel 401.

8

Propagatio Fidei, & Bella ſacra.

Aurea Chriſti imago in Romano Senatu ere-
cta 312.

Fruſmentius Indis Orient. Chriſti fidem mira-
culis perſuadet.

Magna Rom. Imperii pars cum Conſtantino Im-
per. Chriſtum Regum Regem adorat.

Longobardi ſub Agelmundo R. Hunni per The-
oſimum Scytham, Beſſæ Hemi montis incolæ,
Iberi cum Bacurio R. per Chriſtianam ancillam.
Chriſti ſacra ſuſcipiunt.

Sa-

*Sacri Ritus induciti, antiquati.*9^r

Ufus Corporalium ex solo lino à S. Silvestro imperatus.

Hymnus Glorificationis.

Limites Diocesibus constituti in Nicæna Synodo.

Rosarii rudimentum à Paulo Anachor. preces per lapillos numerante. *Sozom. l. 6. c. 29.*

Congregationes ad sepelienda corpora.

Pallium Episcopale sub Marco I.

Alleluja cantari coeptum in Ecclesia: Agapæ ferè proscriptæ.

Interstitia ad Sacr. Ordines à Syricio inducta.

Pœnitentiarii mînus, ad quem pertinebat publicè pœnitentibus pœnas imponere, à Nectario C. P. sublatum.

11

Sacer Calibatus; Ordines Religiosi.

10

In Armenia, Scythia, Nitria, & vtraque Thebaide à S. Antonio Monasteria condita sunt. S. Pachomius in Ægypto, S. Hilarion in Palæstina SS. Basilus, & Athanasius in Græcia Cœnobia aperuere.

In Etrusci maris insulis, Mediolani, Vercellis, Turone, horuise Monasteria docent, SS. Hieronym. Ambros. Augustin. Severus Sulpitius.

Tria erant hoc ævo Monachorum genera, Anachoretæ, Cœnobitæ, Remaboth bini, vel terni sine Præside viventes.

Manuum labore vitam omnes tolerabant.

Pueri in S. Basilii Monasteriis educabantur.

M

Mi-

11

Miracula.

Cruce Constantino Magno e Cœlo apparet cum inscriptione : *In hoc Signo vinces* 312.

Ignis e fundamentis erumpens, & operarios adurens, vetat locari fundamenta Templi Judaici, quod Julianus Imp. instaurare parabat.

Thaumaturgi hujus sæculi fuere SS. Antonius, & Hilarion Abb. Nicolaus Myrensis, & Martinus EE.

Testantur plura Miracula SS. Athanasius, Ambrosius, Gregorius Nazianzenus, & Nyssenus, Theodoretus.

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

Felix Antipapa contra Liberium 352.

Scindunt Orient. Ecclesiam Eusthatiani, & Meletiani Antiochia 360.

Occidentalem Lucifer Calaritanus 362.

Ursicinus contra Damasum insurgit 366.

Donatistæ schismate scinduntur à Cæciliano 396.

Intolerandi abusus in Agapis Christianorum, Patres ad eas vetandas impellunt.

Qui ex Christianis edicto Diocletiani de tradendis Sacris libris paruerunt, dicti sunt *Traditores*,

13

Hæretici.

Donatus, Meletius, Arius, cujus pestiferum dogma toto ferè Christiano Orbe propagatum est.

Coiluthus, Petilianus, Audaus, à quo Antropomorphitæ, Plotinus, Macedonius, Eunomius, Eustachius, Messaliani, Hypsistarii, Theophro-

phronius Agnoitarum progenitor, Paterniani, Apollinaris, Collyridiani, Seleuciani, Antidicomarianitæ, Hermiani, Priscillianus, Helvidius, Jovinianus, Agapeti, Nudipedes, quæ sinistra interpretatione sibi aptabant præceptum Moysi datum, *Solve calceamentum de pedibus tuis.*

Imperatores Romanorum.

14

41 Constantius Clorus, & Galerius Maximianus à 304. ad 306.

42 Constantinus Magnus Constant. Clori f. ad 337.

43 Constantinus Junior Magni f. ad 340.

44 Constans Constantini Magni f. ad 350.

45 Constantius Constantini Magni f. ad 361.

46 Julianus cognomento Apostata ad 363.

47 Jovianus, seu Jovinianus ab Exercitu dictus Augustus ad 364.

Valentinianus I. adscito in consortium fratre Valente Imperium dividit.

IMPERATORES OCCIDENTIS

48 Valentinianus I. ad 375.

49 Gratianus ad 383.

50 Valentinianus II. ad 392.

51 Honorius à 395. ad 423.

IMPERATORES ORIENTIS

1 Valens ad 378.

2 Theodosius I. ad 395.

3 Arcadius ad 408.

Mortuo Valentiniano II. solus imperat.

R. Imperii, & Italia vices; Republica, Principes.

Constantinus Magnus Sedem Imperii Roma Byzantium transfert.

M 2 Con-

15

Constantinus post translata Roma Constanti-
nopolim Imperii Sedem, quatuor instituit Præto-
rii Præfectos, Orientis, Illyrici, Italiae, & Gallia-
rum, ac per ipsos administrat Imperium à se auctum.

Constantinus II. Constans, & Constantius Con-
stantini filii, partiuntur Imperium ex præscripto
Patris.

Constantino cedunt Gallia, & quidquid terra-
rum ultra Alpes jacet: Constanti cum Illyrico,
& Africa Italia: Constantio Græcia, Thracia,
Asia, & Ægyptus.

16

Roma vices Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Constantinus Basilicas Lateranensem, Vaticanam,
& S. Pauli, quas à fundamentis erexerat, aure-
is, argenteisque vasis magnificè exornatas, opu-
lentissimis latifundiis ditat.

Eodem iubente ab Ecclesiis adiri hæreditates
Confessorum, & Martyrum, quibus morientibus
nullus supererat sanguinis propinquitate conjun-
ctus, non Ecclesie tantum Romanæ, sed etiam
aliarum opes mirum in modum augentur.

A filiis Constantini usque ad Honorium Ur-
bem plerumque regebat Præfectus Imperatoris
nomine.

17

Reges Gallia.

Chlogion Francorum Rex, à quo, teste D. Gre-
gorio Turon. Meroveus originem traxit, in Ca-
stro Dispargi sedit apud Belgas. Id oppidum
nunc Disthemium in Brabantia censetur.

Alii Dispargum malunt esse Teuclerorum ad Rhe-
num urbem.

Hispa-

Hispania Reges

18

Hispaniæ reguntur à quarto Legato Præfecti Prætorii Galliarum ab an. 331.

Sequenti V. post Christum natum sæculo, Svevi, Gothi, Alani, Silingi, Vandali Hispaniam invasere; sed Alanis, & Silingis eodem sæculo extinctis, Vandalis fugatis, Hispaniæ divisæ fuere inter Romanos, Svevos, & Gothos, de quibus agendum, quia illorum Reges in Castellanis adhuc perseverant. *Mariana.*

15

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatum initia, & vices.

19

Raufimundus Rex Sarmatarum à Constantino cæditur 319. Eugenius I. Scotorum Rex moritur.

Romani rerum in Scotia potiuntur; incipit interregnum 386.

Fritigildis Marcomannorum Regina maritum ad Romanorum obsequium adducit.

15

Alaricus Gothicis imperat 381. circiter.

Hunni sub Balamiso, & Mundifico Attilæ patre 382.

Vandali ad Vistulæ ripas sub Modicifilo, seu Gondigifilo circ. 382.

Initia, vicissitudines Regnorum extra Europam.

20

Extincta apud Sinas Hana, quæ plura sæcula Imperium tenuerat, regnat Cyna familia 264.

Servi Sarmatarum Dominos è Sarmatia expellunt, eaque potiuntur 334.

Hannibalianus Constantini Magni ex fratre nepos, ab eodem Rex Ponti dicitur 335.

Im-

Imperii Romani finibus ab Ortu ad Indos, à Meridie ad Æthiopes, ab Aquilone ad Sarmatas, ab Occasu ad Oceanum Britannicum propagatis, plurima Regna in Asia, Africa, & Europa extinguntur.

Sapor II. Hormisdæ II. f. Persar. Rex, Romanis infestus, Persicas opes auget; potitur Armenia 368.

21

Bella clariora.

Romanorum Cæsarum bella Civilia sub Constantino, ejusque filiis.

Julianus in Gallia, & Germania bellum habet.

Denique cum Persis sub Sapore II. 350. diuturnum, & atrox bellum, quo fractæ Romani Imperii vires.

Iterum bella Civilia inter Romanos, sive Cæsares, sive Tyrannos.

Romani pluries cum Hunnis, Alemannis, Gothis ferè semper victores signa contulere.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Constantius 60 Alemannorum millia cædit in Gallia 301.

Constantinus Magnus Maxentium ad Pontem Milvium, Cælo per Crucem ostensam favente, profligat 312. Licinium primò 315. mox iterum 324. vincit, Sarmatas 319. Gothos 332. cædit.

Prælium ad Mursam inter Constantium, & Magnentium 351.

Sapor Persarum Rex, victo Constantio, Constantinopolim pervadit 363.

Theodosius I. Eugenium, & Arbogastem Tyrannos, Cælo, ac tempestate favente, victor opprimit 394.

Bel-

Belli Duces Nobiliores.

23

Antemius, postea martyr sub Juliano.
 Gallicanus Dux, & Consul, mox martyr.
 Jovinus Magister Equitum sub Valentiniano II.
 Sapor II. Persarum Rex jussu patris in utero
 matris coronatus, postea bello fortissimus, & Ro-
 manis formidandus.

Theodosius Hispanus Imperatoris cognominis
 pater.

Ardaburius Pater, & Asper filius, Aspebetus
 Persa, Christo tandem addictus.

Terentius Dux maximus sub Valent.

Arbogastes Comes, mox proditor 394.

Casus tragici; Calamitates publica.

24

Galerii Maximiani horrenda mors 311. Dio-
 cletiani 316.

Lues, fames, & omnis generis calamitates ex-
 undant.

Constantinus Crispum filium, falso Faustæ No-
 vercæ crimine circumventum, supplicio afficit
 326.

Ablavius dictus fortunæ pila ruit 337.

Fames post hominum memoriam atrocissima,
 tum alibi, tum in Cappadocia 367.

Valens in tugurio crematur à Gothis 378. Eos,
 quos contra Catholicos foverat, cælestis iræ mi-
 nistros expertus.

Motus Elementarum, & signa de Cælo.

25

Luna sanguinei coloris 302,

Terræmotus horribilis apud Tyrum, & Sido-
 nem,

nem, Urbes multas, populosque innumeros opprimit 306. *Eusebius.*

Nicomediæ dirus terræmotus, & incendium per dies 50. 358. *Hieronym.*

Terræmotus, quales antea nunquam extitissent, Orbem terrarum propemodum universum concutiunt, maria intumescunt, & urbes hauriunt 365.

Grando inusitatae magnitudinis Constantinopoli 367. *Idatius, & alii.*

In Artesia pluviae mixta cadit lana 367. *Hieronym.*

Nicæa per Terræmotum penitus everfa 368. *Idatius, & alii.*

Res memorabiles, sive sacra, sive prophana.

Ex non ita pridem vulgato Firmiani Lactantii libello de Mortibus Persecutorum, didicimus, non sponte, sed coactos Diocletianum, & Maximianum abdicasse anno 364.

Criminosos dissidentium Episcoporum libellos in ignem conjicit Constantinus dicitans: *Ego verò Episcopum delinquentem si viderim hac purpura operirem.*

Tanto honore Constantinus in Nicæno Concilio Episcopos coluit, ut postremus federet Augustus.

Schola, Academia, Literarum incrementa, & detrimenta.

Berytensis Academia per Diocletianum, & Maximianum.

Scholæ Romanæ Professoribus, & Saliariis à Theodosio exornatæ. Bono-

Bononiensis Academia à Theodosio instituta.

— Constantinus M. liberalium artium professoribus liberales mercedes assignat.

Licinius Cæsar propter summam incertiam, literas pessimam publicam appellabat.

Julianus Apostata studia bonarum artium Christianæ juventuti conatus est adimere. Quæ res Gregorium Nazian. impulit ad condenda carmina.

Theologia positiva.

28

Victorius Petabonensis, Lactantius Firmianus, Constantinus Imper. S. Antonius Ab. Eusebius Emiffen. S. Athanasius, Lucifer Calaritanus, S. Cyrillus Hierosolym. S. Hilarius Pictav. Hilarus Sardus, Titus Boltrensis. S. Ephrem, S. Basilius Magn. S. Gregorius Nyffenus. S. Gregorius Nazianzen. Gregorius Bæticus E. Didymus Alexandrin. E. S. Pachomius Ab. Oresiensis, Marcus Eremita suspectus, Asterius Amasenus, S. Paulinus Nolanus, S. Diadocus, S. Ambrosius.

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum Scripta.

29

Arnobius Senior, S. Methodius E. & M. Lactantius Firmianus, Victorinus Rhet. S. Hilarius Pictav. Eusebius Cæsariensis, S. Turibius E. S. Serapion E. Gregorius Bæticus, S. Athanasius E. Sebadius, Pacianus E. Didymus Alexandr. S. Optatus Milevit. E. S. Basilius Magn. S. Gregorius Nazian.

S. Julii P. Epist. 1. Liberii I. S. Damasi opuscula quædam genuina. Videatur Schelestrat. in Antiquit. Illustr.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

Editi sunt Canones Petri E. Alexandrini circa lapsos recipiendos. *Vide Balsamonem.*

Hæbræorum Rabbini legum, seu potius errorum Interpretes, qui Misnâ continentur, & in Talmud concinnando operam posuere. Rab fil. Nahaman Bereschit Rab, & cæterarum Rabboht. Rab fil. Joseph, quem Hebræi jactant numerasse 12. auditorum millia.

Hoc, & sequenti Sæculo inter horrendos armorum strepitus audiri vix potuere legum, earumque Interpretum voces.

31

Philosophia.

Porphyrius dictus à veste, quâ utebatur purpurea; sed alius ex Suida Malchus, ex Volaterrano Basilides appellatur; Ex Judæo Christianus, & tandem apostata. *D. Hieronym. in Ep. ad Galat.*

Maximus Ephesius, & Jamblicus Platonici, & Pithagorei, Juliani Cæsaris Magistri.

Themistius Aristotelis interpres, Priscus Philosoph. & Magus.

Julianus Cæsar Nicomediæ à Maximo perversus, Christo deserto, Philosophiam, seu veriùs Magiam adamavit.

32

Medicina.

Zeno Cyprius, & Philostorgius alius ab Historico.

Oribasius Juliani Cæsaris Medicus, qui successorum Principum invidiâ exulare apud Barbaros jussus, ab iis ob egregia medicinæ experimen-

menta pro Deo quodammodo cultus est, teste Eunapio Sardiano.

Aetius Amydenus sub Juliano, & Valentiniano.

Alypius Antiochenus. Vegetius auctor Mulo-
medicinæ. Julius Aufonius Poetæ Pater. Theophilus Alexandrinus. Vindicianus, Theodorus Priscianus dictus alibi Octavianus Horatianus, Marcellus Burdegalensis.

Mathematica.

33

Gervasius Tilberiensis Anglus Geograph. Rabi Adda auctor Kalend. Hebraici. Aetius Amydenus Medicus, & Mathem. Abifelda Syrus. Diodorus Monachus, & Episcopus Tarsensis. Euto-
cius Afcalonita. Julius Firmicus. Theon Alexandrinus Geometra. Hypatiæ pater.

Ruffus Auienus. Pappus Alexandr. Panodorus Eusebii in Chronologia emendator.

Historia, & Chronologia.

34

Asclepiodotus, Claudius Euthenius, Ælius Spartianus, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Jul. Capitolinus, Ælius Lampridius, Flav. Vopiscus, Sextus Aurel. Histor. Augustæ Scriptores.

Lactantius Firmianus mortes Ecclesiæ Persecutorum libro peculiari descripsit.

Ammianus Marcellinus sub Gratiano, Eusebius Cæsariens. Parmenianus Donatista mendax, Evagrius Antiochenus E. S. Dorotheus Tyrius, à quo tamen scripta non est Synopsis de vita, & mor-

morte Apostolorum mendaciis referta; Idacius Clarus, Flavius Dexter.

S. Amphilocho falso tribuitur vita S. Basilii Magni.

35

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

Minervius Burdigal. Gennadius, Mufonius, Homerius, Libanius, Marius Victorinus, Nazarius, S. Augustinus. Rhetores.

Eunomia Virgo Christiana eloquentiæ laude par patri Nazario. *Euseb.*

Prohæresius, Julianus Imper. SS. Gregorius Nazianzenus, Basilius, Gregorius Nyssenus, Hilarius Pictav. Hieronymus, Ambrosius; Oratores.

Trifilius, Juvencus Presbyt. S. Gregor. Nazianzen. S. Paulinus Nolanus, Festus Avienus, Symposius Celsus, Palladius Rutilius Jun. S. Damasus. Poeta.

Poesis, & eloquentia, quæ priore saculo jacuerant, visa sunt reflorescere.

36

Philologia, & Grammatica.

Prohæresius, Flav. Vegetius, Macrobius Philol. Evantius Cretus, Ælius Donatus, qui vetustis auctoribus explicandis collapsum Latinum. Sermonem conatus est instaurare.

Gulphilas E. Gothicarum literarum inventor, ut quibusdam placet. Gramm.

Sospater Charisius, & Diomedes hinc à nonnullis locantur; sed verè de illorum ævo non liquet.

Jam sub Iuniore Theodosio Græci Sermonis candor exeperat insuscari, ut ex inscriptionibus ejus temporis Philolphus affirmat. Du Fresne. Noua

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Magnus Constantinus primus Vexilla notat signo Crucis.

Indictiones institutæ; abrogatis Olympiadibus 312. sive 313.

Aureus numerus excogitatur 315.

Aurea Corona primus inter Cæsares utitur Constantinus post Imperii sedem Constantinopolim translata.

Venatio Accipitraria inter Romanos, vel Constantini, vel Theodosii Senioris ævo initium habuisse videtur. *Vossus.*

Flavius Dexter primus annos numerat à Christo nato in fine sæculi.

Urbium natales, & alia, Architectura opera illustria.

38

Byzantium à Severo excisum, à Constantino Magno instauratur, ac nova Roma, & Constantinopolis dicitur.

Basilea sub Valentiniano II. ex Augustæ Rauracorum reliquiis 374.

Templum Antiochenum nobilissimum, Dominica Aurea dictum anno 328. inchoatum, 341. dedicatum.

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

39

Nova ædificia sub Constantino ex veterum partibus ædificari cœpta, ut liquet ex ejusdem Arcu, & Basilicis ab eo conditis. Hinc in Christianorum Templis nonnulla marmora Ethnicorum mysteriis sculpta spectantur.

Tempa in Crucis formam ædificata, post Crucem Constantino ostensam.

Auro

Auro opulenta hujus ævi ædificia, ut ex D. Hieronymo constat, sed minus solidè ædificata ad nos non pervenere.

Agnoscentur tamen tum in Basilica Liberiana, tum in Templo SS. Joannis, & Pauli, & in Basilica Sessoriana quædam antiquitatis vestigia.

40


Pictura, Statuaria, earumque Romæ vices

Constantinus Byzantium immigrans, nobiliores secum Pictores, & Statuarios trahit.

Pius Christianorum ardor multa tum Deorum, tum hominum simulacra delet.

Augustissimæ Virginis imago in æde S. Martini in Montibus, tessellis compacta dicitur S. Silvestri jussu.

Arcus Constantino victori erectus, florentem ævo Trajani Statuariam, hoc deficientem ostendit; nam partes ex arcu Trajani sumptæ omnino optimæ, post Constantini victoriam sculptæ, omnino pessimæ apparent.





SÆCULUM V.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

I

42	S. Innocentius Albanus à 402. ad 417.	15	0
43	S. Zosimus Græcus à 417. ad 418.	1	11
44	S. Bonifacius Roman. à 418. ad 423.	4	8
45	S. Cœlestinus Roman. à 423. ad 432.	8	11
46	S. Sixtus III. Roman. à 432. ad 440.	8	0
47	S. Leo Roman. à 440. ad 461.	21	2
48	S. Hilarius Sardus à 461. ad 467.	5	3
49	S. Simplicius Tiburtin. à 467. ad 483.	15	11
50	S. Felix III. Roman. à 483. ad 492.	9	0
51	S. Gelasius Afer à 492. ad 496.	4	7
52	S. Anastasius II. Roman. à 496. ad 498.	2	0
53	S. Symmachus Sardus à 498. ad 514.	15	7

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversia.*

2

S. Zosimus Cælestium benignitate ad officium revocare voluit, ejus hæresim nunquam probavit, aliquando damnavit. *Baron. & Bellarm.*

S. Cælestini permisso convocata est à Theodoro Juniore Synodus Ephesina, cui præfuit per Legatos. *Baron. Bellarm. & alii.*

S. Leo I. Calcedonenſi Synodo præfuit per Legatos. *Bellarmin. & alii.*

Fabulosa sunt, quæ de Anastasii II. cum Photino, & Acacio communiōne scribit Auctor libri Pontificalis. *Baron. ann. 498.*

Re-

3

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

Nulla unquam Concilia rata leguntur, quæ non sint fulta Apostolica auctoritate. *S. Damasus cap. 3.*

— In Romana Ecclesia semper Apostolicæ Cathedralis viguit Principatus *S. Augustinus Ep. 162.*

In Concilio Chalcedonenſi pluries apparet R. Pontificis Primatus, & Magisterium in universa Ecclesia; Illo major *S. Leo*, quædam ejus decreta irritat. *Ex Epistola ad Pulcheriam*

B. Petrus in propria Sede, & vivit, & præſidet. *S. Petrus Chrysol. ad Eutychet.*

S. Joannes Chrysoſt. C. P. & Joannes Patriarcha Alexandr. ad Rom. Pontificem provocarunt.

4

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & vices.*

Ubi deſævit Cæſarum in Chriſtianos furor, Tempa in domibus, & prædiis Ecclesiæ ædificari cœperunt, & ab iis Tituli inducti ex *C. Speciosus Presbyter Card. S. Laurentii in Titulo Lucina.*

Legati à Latere nomenclatura deſumpta videntur à literis *D. Leonis Magni ad Julianum.*

Cautum est in Synodo Romana sub *Hilario*, ne quis sibi Successorem eligeret.

Sedente *Symmacho Cardinalium Tituli 28.* Hi per numerum septenarium divisi, quatuor Patriarchalibus Basilicis adſcribebantur.

S. Felix P. III. primus Imperatorem in Epist. Filii nomine compellavit.

Hoc sæculo Papæ appellatio peculiari quodam modo R. Pontifici tribui cœpit. *Saussayus*

Per-

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

6

Perfæ ab anno 420. ad 450. sub Isdegerde, Varane IV. & V. Christianis infesti.

Genfericus Vandal. R. in Africa, & Sicilia ab anno 437. ad 476. ejusque Successores ad 499. in Catholicos sæviunt.

Attila Christianas plerasque Provincias flagellat ab an. 442. ad 454.

Anastafius Imper. Hæreticos fovens, Catholicos vexat à 493. ad 518.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Africana 401. 401. 403. 404. 405. 407. 408. 408. 410. 410. 416. 417. 418. 425.

Milevitana 402. 416. Toletanum 406. Ptolemaidis 411. Cirthenfe 412. Carthaginensia 412. 416. 418. 419. Macedonicum 414. Diospolitianum 415. Hierofolymitana 415. 454. Romana 417. 430. 433. 444. 445. 449. 465. 483. 484. 487. 494. 495. 499. 500. Teleptense 418. Anabarzense 423. Orientale 427. Alexandrina 430. 432. Ephesinum G. III. 431. 431. Prædatorium R. 449. Antiochenum 432. Armenum 435. Constantinopolitana 439. 448. R. 449. 450. 459. Regense 439. Arauficanum I. 441. Vafionense 442. Hispaniense 447. Tyrium, & Berythense 448. Mediolanense 451. 451. Arelatense II. 452. III. inter 449. & 461. Chalcedonense G. IV. 451. Andegavense 453. Hierofolymit. 454.

Synodus S. Patritii 456. Turonicum I. 461. Venneticum I. 465. Cabilonense 470. Bituricense, 472. Viennense in Gall. 474. Lugdunenfe 475.

N

San-

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

S. Epiphanius E. 404. S. Joannes Chrysoſtomus E. 407. S. Hieronymus. 420. S. Honoratus Arelat. 426. S. Gaudentius E. 427. S. Alexius, & S. Auguſtinus E. Hippon. 430. S. Paulinus E. Nolanus 431. S. Germanus E. Antifiod. 448. S. Petrus Chryſol. E. 449. S. Eucherius E. 449. S. Hilarius E. Arelat. 449. S. Petronius E. 450.

S. Pulcheria Imper. V. ejuſque Sorores Placilla, Marina, & Arcadia.

S. Simeon Stylita, qui primus ſuper columnam vixit 461.

S. Maximus E. Taurin. 466. S. Genoveſa V. 468. S. Daniel Stylita 489. S. Patritius E. 491. S. Epiphanius E. Ticin. 496.

8

Propagatio Fidei, & Bella ſacra.

Burgundiones cum R. Gündiſilo à S. Domitiano E. Genevenſi: Galli cum Clodovæo pleniùs: Scoti à S. Palladio iterum: Hiberni à S. Patritio ad fidem adducuntur.

Tervanus Pictos, S. Servanus Orchades inſulas Chriſto lucratur.

Perſæ cum Iſdegerde Rege: Æthiopes cum Abrahamo R. & Abba fratre: Saraceni cum Alamundo ad fidem accedunt: & Vindelici, Norici, Rugi, per S. Severinum.

9

Sacri Ritus inducti, antiquati.

Paraboli juvandis peſte contactis.
Primus inter SS. Confefs. colitur S. Martinus.
Nocturnæ vigiliæ ad Sepulchra MM. ſublata,
retenta jejunia. Damna-

Damnato Nestorio adduntur Angelicæ Salutationi, *S. Maria Mater Dei &c.*

Cerei Pasch. benedictio in singulis Paræciis concessa. Agni cerei consecrari cæperunt.

Additum Fidei Symbolo, *Filioque*, in Concil. Hispan. jussu S. Leonis celebrato 447.

Triduum Rogationum inductum à S. Mamercio Vienn. E. Trifagium in Missa cani cæptum. Evangelio jubet assurgere Anastasius.

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

IO

S. Augustinus in Africa religiosas utriusque sexus familias instituit; sed foeminis tantum dedisse leges videtur.

Joannes Cassianus Monachorum institutor.

Lerinus à S. Honorato, & Sociis coli cæpta.

S. Alexander parens Acemetarum, qui Constantinopoli à celebri Monasterio Studio dicti Studitæ.

Canonici Regulares à Gelasio I. quo duce in Italiam venerant, Lateranensi Monasterio donantur, & ab eo nomen trahunt.

Monachi, qui ad Sacerdotia, & honores assumebantur, Instituti sui leges, & vestes retinere consueverant.

Miracula.

II

Puer Constantinopoli, spectante populo, in sublime elatus, discit ab Angelis comprimendum esse terræmotum repetitis his vocibus: *Sanctus Deus, Sanctus fortis &c.*

Ampulla Sacri Chrismais de Cælo coram populo ad inungendum Clodoveum Francor. R. à Columba defertur.

Inclaruere miraculis SS. Simeon Stylita , Patritius , Maurilius .

Miracula hoc saculo patrata scripsere S. Augustinus, & Victor Vitens.

12

Schismata , Contentiones, Abusus .

Eulalius, Schisma exorsus, gradu dejicitur 419.

Petrus Fullo E. Antiochenus addens Hymno *Sanctus , Sanctus &c. Qui propter nos Crucifixus est*, magnas excitat in Ecclesia turbas .

Semina Schismatis Constantinopolit. Presulum, Primatum affectantium , iacta ab Acacio 471.

Quamvis Henoticon Zenonis nullam disertè hæresim contineret, meritò tamen à piis quibusquè rejectum est.

Coelius Laurentius contra Symmachum P. 499.

13

Hæretici .

Vigilantius, seu veriùs cum Hieronym. Dormitantius, Secundianus, Felix, Fortunatus, Faustus.

Manichæi cum Augustino , sed impares tanto Achilli congressi .

Pelagiani , Acephali , Semipelagiani , Rufinus, Cœlestius, Maximinus, Abeliotæ , Theodorus Mopsuestenus , Diodorus Tarsensis , Nestorius, Eutyches , Petrus Fullo .

Xenajas Iconoclastorum parens, priùs Episcopus, quàm Cristianus .

Prædestinati , Acephali , Hæsitantes , Theopaschitæ .

Imperatores Romanorum.

14

OCCIDENTIS.

52	Valentinianus III. à 424. ad 455.	30
53	Maximus Avitus ad 457.	2
54	Majorianus ad 461.	4
55	Severus ad 465.	4
56	Anthemius à 467. ad 472.	5
57	Olybrius .M.	7
58	Glycerius ad 474.	1
59	Julius Nepos ad 475.	1
60	Momylus, sive Augustulus.	1
	<i>Imperium Occidentis deficit.</i>	

ITALIÆ REGES.

1	Odoacer Herulus ad 493.	17
	G O T H I.	
2	Theodoricus ad 526.	33

ORIENTIS.

4	Theodosius II. ad 450.	42
	<i>Adjutrice Sorore Pulcheriæ.</i>	
5	Marcianus maritus S. Pulcheriæ Virginis ad 457.	6
6	Leo I. ad 474.	17
7	Leo II. cum Zenone ad 475.	1
8	Zeno solus ad 491.	18
	<i>Per an. duos vexatur à Basilisco Imperium occupante.</i>	
9	Anastasius I. ad 518.	27

R. Imperii, & Italia vices; Respublica, Principes

15

Aetius Dux, quo Gallia, & Italiae salus nitetur, manu Valentiniani III. cæditur.

Hinc barbari omni metu soluti Roman. Imperium diripere incipiunt.

Sicilia occupatur à Genferico 440.

Venetia condita, à Tribunis reguntur usque ad annum 697.

Sya-

Syagrio per Clodovæum interempto Rom. Imperium in Gallia deficit. 486.

Theodoricus per insidias Odoacrem cædit, & Gothorum I. regnat in Italia.

16

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Honorio Principe Romæ sedente, Urbs, quæ Principem diu non viderat, respirare videtur.

Alaricus 409. ab Urbis obsidione auro repellitur; sed 410. eandem ex improvise adortus prodicione capit. In tecta sævitum est, civibus temperatum, Templis, & sacris vasis intactis.

Ataulphus corradit, quod prior clades reliquum fecerat.

Maximus inde Tyrannus Urbem occupat, eoque interfecto Gensericus Vandalorum Rex 455.

Urbem iterum capit Ricimerus Gothus Anthemio Cæsari infensus 471.

Theodoricus, tandem Odoacre per dolum caeso, Italia, & Roma potitur 493.

17

Reges Gallia.

Priamum, & Faramundum Reges, quos vulgò Meroveo præmittunt, nulli veterum memoratos, fictos omnino cum Heschenio, aliisque puto.

MEROVINGII REGES.

Meroveus à 448. ad 456. 8

Childericus I. fil. ad 480. 24

Chlodoveus I. fil. ad 509. 30

Primus Parisiis sedem fixit.

Primus Christo nomen dedit 495. Ex voto, quo se Tolbiaca pugna obstrinxerat.

Hif.

Hispania Reges .

18

Initium Gothorum Regno dedit. Ataulphus Alarici Regis affinis , qui relicta Italia Hispaniam petiit 415.

Ataulphus à 415. ad 416. I

Sigericus regnat m. 7. O

Vallia ad 429. 13

Vallia regnante , fugati Vandali, deleta Alanorum reliquia.

Theodoredus ad 451. 23

Theorismundus ad 452. I

Theodoricus ad 467. 15

Euricus ad 483. 17

Romanos ex universa pellit Hispania .

Alaricus ad 507. 23

Aliorum per Europam Regnorum , & Principatuum initia , & vices .

19

Fergusius II. Scotorum Regnum à Romanis eversum instaurat 410.

Burgundiones à Rheno ad Occidentem Solem progressi, regioni , quam occuparunt sub Honorio Imper. nomen fecere.

Attila Rex Hunnorum , & Buda frater Hunnorum regno dant initium 442. Aliis Bleda.

Caba Attilæ filius cum Hunnis fugatur ab Arderico Gepidarum Rege 454.

Angli Saxonum gens à Britannis adversus Pictos , Scotosque acciti, post fractam horum audaciam , Britanniam subjecere, eamque in septem regna partitam, Angliam appellantes, tenere ad annum 1017.

20

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

Isdegerdes hujus nominis I. apud Persas, cui Arcadius moriens filii Theodosii tutelam permisit 408.

Usai familia apud Sinas regnat 419.

Bonifacius Dux bellicis laudibus clarus, à Castino Valentiniani Duce læsus, ab eo deficit, & Africa occupata, Vandalos, Albanosque in eam evocat ex Hispania. Sic Africa Vandalorum ditionis facta est 427.

Celchorum, five Lazorum Reges in Asia hoc sæculo memorantur. *Genebrardus Lazos malè locat in Perside.*

21

Bella clariora.

Gothi sub Radagasio, Alarico, Ataulpho, & Theodorico Regibus latè per Europam arma circumferunt.

Attila Hunnorum Rex, Dei flagellum, cum 400 armatorum millibus Illyrico, & Thraciæ, Mæsiæ, Daciæ, Macedoniæ, Thessaliæ, Germaniæ, Galliæ, Italiæ bellum, seu potiùs vastitatem infert.

Odoacer Herulorum Rex Italiam armis petit.

Franci sub Meroveo contra Gallos, Vandalos, Gothos, sub Clodoveo contra Germanos, & Visigothos bella gerunt.

Saracenorum nomen incipit armis in Asia clarescere anno circiter 500.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Celebre ad Pollentiam prælium inter Stiliconem, & Alaricum 402.

Radagasio Rex cum 200 Gothorum millibus ad Fesulas victus 405.

Fran-

Franci Modogisilum cum 20. Vandalorum milibus profligant 405.

Theodorico Hispano, Meroveo Franco, & Aetio cum Attila ad Arelatem configentibus utrinque ad 180 mortalium millia una die cadunt 451.

Ricimerus Alanos in Italia 464.

Clodoveus Alemannos in Gallia 496 insigni clade atterit.

Belli Duces Nobiliores.

23

Stilico gente Vandalus, Rhadagartus Gothus Cos. & Dux egregius, postea proditor sub Arcadio, & Honorio.

Fergusus II. R. Scotorum bello inclytus,

Attila Rex Hunnorum, Dei flagellum.

Actius Patritius, & Romani Imperii columen singulari consilio, ac virtute cum Meroveo Francorum Rege Attilæ impetum repressit, atque avertit.

Bonifacius Dux bellicis laudibus clarus, sed Africae demum Tyrannus.

Aurelius Ambrosius Brito vir, & morum probitate, & bellicis victoriis admirandus.

Clodoveus bello, & pietate inclytus, Francorum Rex.

Cæsus tragici; Calamitates publicæ.

24

Actius Romani Imperii columen Valentiniani Imperatoris manu cadit 454.

Maximus Imper. lapidibus obrutus, & discerptus 455.

Universi Orbis opes à Vandalis direptæ, furentem mari absorptæ 455.

Con-

Conflagrat Constantinopoli Bibliotheca librorum millia centena vicena continens 476.

Zeno Imperator vivus sepultus, obstante Ariadna non extractus miserè perit 491.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Cometa ad terram usque pertingens Constantinopoli. *Ricciolus.*

Uticæ terra per annos septem miugit 410. *Siegebert.*

Terræmotu in Palestina Urbes, ac Pagi non pauci subversi 419.

Terræmotus in Oriente Urbes complures, & magnam Byzantii partem solo æquat 446.

Tolosæ rivus sanguinis toto unius diei curriculo defluxit 461. *Genebr.*

Terræmotus in Oriente horrendissimus 466.

Ignis maxima eruptio à Vesuvio 472. & iterum inclinante sæculo. *Marc. & alii.*

26

Res memorabiles, sive Sacra, sive prophana.

Memorabili Pulcheriæ Sororis prudentia, Theodosio II. puero stetit Imperium.

Eadem, obeunte fratre, Martianum in virum deligit, integra tamen virginitate, Imperii, non thori consortem.

S. Leo divina planè eloquentia Attilam ab Urbis obsidione deterret 452.

Ecclesia Catholica perstat, tametsi omnes Principes aut hæretici essent, ut Anastasius Imp. Reges Italiæ, Hispaniæ, & Africa: aut Pagani, ut Anglorum, Francorum, & Germanorum Reges.

- *Schola, Academia, literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Florebat adhuc Athenis Academia, quæ Romam postea translata fuit.

Bangoriensis Academia in Vvalla antiquissima, ut Angli Scriptores tradidere.

Academia Constantinopolitana à Theodosio Juniore instituta 425.

Edeffæ in Syria, & in Perside literarum Scholæ florebant.

Fergusius II. Scotorum R. Gothis sub Alarico ante regnum adeptum militans, è præda Romana vetustissimos codices, aureis, argenteisque vasis præhabitos, in Scotiam defert, eosque in Jonæ Monasterio asservandos locat. *Boetb. Leslaus.*

Theologia positiva.

28

S. Epiphanius E. S. Jo. Chrysoft. E. S. Hieronymus, Severianus Gabalitan. Rufinus Aquilejen. S. Gaudentius Brixienf. E. S. Chromatius, S. Augustinus E. S. Isidorus Pelusiota, Hesychius Presbyt. Hierosol. S. Nilus Ab. S. Proclus, S. Cyrillus Alex. Cassianus, Salvianus Presbyt. S. Hilarius Arelat. E. S. Eucherius E. S. Petrus Chrysol. E. S. Basilus Seleuc. E. Salonius E. S. Valerianus E. S. Prosper. Aquit. E. Arnobius Junior, Faustus Regiensis, Theodoretus E. S. Leo Magnus, S. Maximus Taurin. E.

- *Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.*

29

S. Epiphanius. S. Philastrius, S. Ambrosius, S. Theophilus Alex. S. Jo. Chrysoft. S. Hieronymus, S. Inno-

S. Innocentius, S. Augustinus, Olympius Tolet.
S. Cyrillus Alexandr. Theodoretus, S. Vincentius
Lirinenſis hæreſum omnium malleus, S. Leo Ma-
gnus, S. Proſper Aquit. Theodorus Presbyter, Mo-
chimus Phrygius, Gennadius Maſſilienſis E. Gela-
ſius Cyzicenus.

Canticum *Te Deum laudamus* tribuitur SS. Am-
broſio, & Auguſtino; ſunt tamen, qui putant fuiſ-
ſe compoſitum à Sifebuto S. Benedicti Monacho.
Card. Bona, & alii.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

Sub initio hujus ſæculi prodiſſe videtur Col-
lectio vetuſtiſſima Canonum, qua uſa eſt Eccleſia
ante Dionyſium Exiguum.

Lex Salica apud Demeram in Brabantia lata,
cùm primùm Francis Saliis lingua latina cœpit
eſſe familiaris. *Bollandus in Vita S. Sigeber.*

Codex Theodoſianus juſſu Theodoſii Junioris
vulgatur 435.

Attila Hungariæ Regnum legibus munit.

Gothi leges habent ab Eurico R.

Talmud Hieroſolymitanum perficitur 469.

31

Philoſophia.

Hypatia Theonis Geometræ filia, Iſidori Phi-
loſ. uxor, Philoſophiam, Matheſim, & alias diſci-
plinas Alexandriæ in frequenti auditorio profes-
ſa eſt, confluentibus undique diſcipulis; laniata
eſt in ſeditione populari 415.

Syneſius Ethnicus Philoſ. Hypatiæ auditor,
poſtmodum Ptolemaidis Epicoſus Claudianus
Mamertus, Coluthus Thebanus.

Olym-

Olympiodorus Aristotelis, & Platonis interpres, Procli Lycii Magister.

Syrianus, quem Alexandriae docentem Proclus Lycius audivit.

Medicina.

32

Maugantius Genethiacus Anglus Vortigerni Regis Medicus in Britannia nobilis 470. scripsisse de naturali magia testatur Pitsæus.

Gesius Petrus sub Zenone arte medica celebris.

Almaeon Medicus, & Mathematicus.

Rusticus Elpidius Theodorici Italiae Regis Medicus, qui & carminis gloria floruit.

Mathematica.

33

Diocles, cujus supersunt Harmonica, hic à Raynaudo locatur, sed verè ejus ætas incerta est.

S. Cyrillus Alex., S. Prosper Aquit. scripsere de Cyclo.

Victor Aquit. auctor novi Cycli.

Urbicius scriptor de Machinis celebris.

Geminus Rhodius, & Philo Thyaneus Geometrae.

Ambrosius Merlinus, alius à Caledonio, Vates Anglor. & Mathem.

Almaeon. Mathem. & Medic.

Thius circa ann. à Christo 500.

Historia, & Chronologia.

34

Marcus Gazensis Diac, Eunapius Sardinianus, S. Hieronymus, Zosimus Christianorum hostis, Severus Sulpitius, Palladius Galatae Helenopolit. Paulus Orosius, Rufinus Aquilejensis, Philostorgius,

gius, Gildas Albanicus, anno 512. Possidius Calamensis E. Socrates, & Sozomenus, S. Prosper Aquitan. Theodoretus, Diadocus E. Paulinus Petricordius, Constantinus Lugdunensis, S. Victor Vitenfis, Julianus Pomerius, Gennadius Massiliensis Basilius Cilix.

Heliodorus Tricæ E. Historiæ, seu veriùs fabulæ Æthiopicæ scriptor, sub Theodosio M. & filiis.

Rhetorica, Oratoria, Poësis.

35

Symmachus, Aufonius Gallus, Synesius, Silvius Bonus Aufonii æmulus.

Cl. Marius Victor, Godelbertus, Sidon. Apollinaris, S. Hilarius Arelat. Rhet. & Orat.

Eloquentia, qua superiore saculo silere in foro ceperat, hoc maximè tonat in templis.

Prudentius, Proba Falconia, Synesius, Aufonius, Rufinus Floridus, Dracontius Presbyt. Claudianus, Rutilius Gallicanus, Silvius Bonus, Cyrus Panoplita, Rusticus Elpidius Theodorici Medicus. Poetæ.

Claudianus dictus est ab Imperatoribus Theodosio, & Honorio, qui statuam illi posuere, *Praegloriosissimus Poetarum.*

36

Philologia, & Grammatica.

Sub initium V. à Christo nato saculi finitur atas Latini Sermonis Ferrea, quam Lignea consequitur ad Justiniani tempora. Scioppius.

Hiparchius Alexandrinus Grammat. Græc. Servius Virgiliti interpres, ut nonnullis videtur.

S. Augustinus Grammatica scribit.

Puncta Hebraica, quæ vocalium instar essent
legen-

legenti, primùm excogitata à duobus Masoretharum principibus 478.

Hi fuere Aaron Ben-Aser, & Jacob Ben-Nephtali, verùm alicubi dissidentes. Prioris lectionem Hebræi Occidentales, posterioris Orientales plerumque sequuntur. *Genebrard.*

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Ratio glutinis Athenis inventa, Arcadio Principe per Philistium; cui, quodd rei literariæ plurimùm profuisset, Statua posita est.

Gothi ubi semel Italia potiti sunt, cùm omnia barbaro more in armis ponerent, nobiles ab ea artes eliminarent: quamvis eas alere Theodoricus Rex, teste Cassiodoro, conaretur.

Amalafuntha Theodorici filia, post mortem patris, Amalarici filii tutrix, frustra Gothos suos ad literarum, & Artium nobilium Studium pellicere conata est.

Urbium natales, & alia. Architectura opera illustria.

38

Ferraria à vico Ferrajola, & fossa, quæ in Padusam ducebat, ubi Forum Arii, mœnibus cingitæ capta 433.

Venetæ regionis incolæ, Attila Galliam Cisalpinam impunè vastante, in paludes Adriatici sinus confugientes, nobilissimæ Urbis Venetiarum fundamenta locant 452.

Aetii jussu, tertius è cespite murus excitatur ad excludendos Scotos, Pictosque à reliqua Britannia. *Leslaus, Buchanan.*

39 - *Architecti nobiles; Architectura Romana vices.*

Alarici Gothorum Regis metu Romam novis mœnibus circumdat Honorius Imper. 403.

Sepulchrum, sive Moles Hadriani, tanquam turre mœnibus adjunctum primo Gothico bello, ut liquere videtur ex Procopio.

Basilica Liberiana, magna ex parte à Sixto III. instaurata, & ornata musivis picturis. Ædes S. Sabinae à Petro Episcopo Illyrico condita, Sixto sedente, ut Anastasius tradit, Architecturam hujus ævi adhuc spectandam nobis exhibent.

40 - *Pictura, Statuaria, earumque Romæ vices.*

Imagines musivi operis in arcu Basilicæ Liberianæ jussu Sixti III. in Odæo Basilicæ Paulinæ, jubente Leone I. elaboratæ, aliaque Romæ, & alibi, de quibus copiosè, & eruditè Ciampinus in *Veteribus Monum.* Picturæ decremента demonstrât.

Argenteam D. Laurentii Statuam à Sixto III. in ejus Æde extra muros locatam refert Anastasius; quare non hoc, sed sequenti sæculo Statuariam omnino defecisse suspicantur eruditi viri.

Nobilissimæ Statuæ, quæ ex præda Romana, Genfericus mittebat in Africam mari haustæ periere. *Procopius.*








SÆCULUM VI.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

54	S. Hormisdas Venafran. à 514. ad 523.	9	1
55	S. Joannes Etruscus à 523. ad 526.	2	9
56	S. Felix IV. Beneventan. à 526. ad 529.	3	2
57	Bonifacius II. Roman. à 529. ad 532.	2	1
58	S. Joannes II. Roman. à 532. ad 535.	2	4
59	S. Agapetus Roman. à 535. ad 536.	1	0
60	S. Silverius Roman. M. à 536. ad 537.	2	5
61	Vigilius Roman. à 537. ad 555.	17	6
62	Pelagius Roman. a 555. ad 560.	4	11
63	Joannes III. Roman. à 561. ad 574.	13	0
64	Benedictus Roman. à 575. ad 579.	4	2
65	Pelagius II. Roman. à 579. ad 590.	10	2
66	S. Gregorius Magnus Rom. à 590. ad 604.	13	6

Præcipua in Romanorum Pontificum Historia Controversa.

Synodus Romana Palmaris judicium in Symmachi causa ferre nullo modo potuisset, nisi se illi spontè Symmachus subjecisset. *Baron.*

Vigilius malis artibus partum Pontificatum, optimis gessit, postquam legitimus Pontifex à morte decessoris effectus est. *Baron.*

S. Gregorius Magnus Rempublicam difficillimis temporibus gerendam suscepit, idque aliis Episcopis etiam faciendum jure præcepit. *Ejus Epistola.*

3

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

Archimandritæ secundæ Syriæ Pontif. Hormisdam universi Orbis terræ Patriarcham, & Caput omnium Ecclesiarum appellant 517. Formulæ Fidei ab eo missæ Orientales omnes Episcopi subscribunt.

Justinus Imper. Joannem II. in terram pronus adorat. 525.

Justinianus Imper. Joannem II. Caput omnium sanctarum Ecclesiarum dicit 533.

Agapitus R. Pontif. Constantinopoli degens, pulso Anthimo, Mennam Patriarcham instituit. 536.

4

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & vices.*

Theodoricus Ital. Rex, Pontificis eligendi potestatem usurpat. 526.

Gordianus S. Gregor. M. Pater Cardinalis, ab uxore vivente secretus.

Justinianus I. Imper. indulgente Vigilio, morem inducit, quo liceret Imperatori electum Pontif. confirmare, accepta ad id certa pecunia. Quod usque ad Benedictum II. ægrè toleratum est.

Pelagius I. eligendi Pontificis modum præscribit.

Exarchi Ravennates moniti de electione Pontificis, suo decreto ratam habere solebant. *Diar. Pontif.*

5

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

Trafamundus in Africa furit in Sacros Antistes ab anno 504. ad 522. S. Si

S. Sigismundus Burgundiæ Rex, & Martyr. 524.
Theodoricus in Joannem I. P. Boethium, & Symmachum sævit 526.

S. Placidus Ab. cum Sociis Monachis à Manucha interemptus 541.

S. Herimenegildus Rex jussu patris Leovigildi obruncatur 586.

S. Golauduc insignis Martyr in Perside 593.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Romana 501. 502. 503. 504. 518. 530. 532. 590. 595. Byzacena 504. 541. Agathense 506. Aurelianensia 511. 536. 538. 541. 549. Sidenfe R. 512. Remense 514. Epiroticum 516. Tarraconense, Gerundense, Epauense 517. Lugdunensia 517. 519. 567. Constantinopolitanum, Hierosolymitanum, Tyrium 518. Constantinopolitana 520. 536. 547. G. V. 553. Ilerdense Valentinum in Hispan. 524. Arelatense IV. 524. V. 554. Carthaginense 525. Carpendoratense 527. Arausicanum II. 529. Valense 529. Toletana 533. 539. 597. 597. Africanum 534. Arvernense 535. Hierosolymitana 536. 553. Barcinonense 540. Mopsvestanum 550. Parisiensia 551. 557. 576. 580. Aquilejense 553. Bracarenfia 563. 572. Lucensia in Hispan. 564. 569. Turonense II. 567. Cabilonense 582. Matisconensia 583. 583. Brennense 583. Antisiodorensense incerti anni. Narbonense 589. Pictaviense, & Hispalense 590. Cæfaraugustanum II. & Metense 592. Osænsense 598.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

S. Galla Vid. 504. S. Avitus E. 516. S. Brigitta Scotia V. 523. S. Maria Ægyptiaca 525. S. Fulgentius

tius E. Rusp. S. Remigius E. Remen. 533. S. Severinus E. Septemped. 539. S. Casarius Arelat. 542.

S. Benedictus Monachor. in Occid. Pater 547.

S. Victoritus E. 547. S. Barsanuphius 548. S. Clotildis Regina 548. S. Germanus E. Parisiens. 559. S. Maurus Ab. 562. S. Medardus 564. S. Radegundis Regina 590. S. Hospitius Niciensis 595. S. Guntranus R. 598.

S. Simeon Stylita Junior, qui 68 annos super columnam vixisse traditur.

8

Propagatio Fidei, & Bolla sacra.

Alamandurus Saracenorum Princeps cum suis: Boii, sive Bavari, per Rupertum: Blemyes agente Justiniano, Christo dant manus.

S. Columbanus Pictos Christo subicit.

SS. Leander, & Fulgentius Hispaniam cum Recaredo R. Catholicæ Religionis restitunt.

Arium detestantur Longobardi cum Adulpho, & Theodolinda RR.

Sardi Barbaricini auspiciis Magni Gregorii: & Angli per S. Augustinum ab eodem missum Christianis aggregantur.

9

Sacri Ritus induciti, antiquati.

Beneficiorum origo sub Symmacho, cum antea Clerici stipem acciperent.

Eucharistia in medio Altaris servata.

Quadragesima S. Martini, unde ritus jejunii per Adventum.

Festum Purificationis B. V. 545.

Privata Canoniarum Horarum recitatio absentibus à Choro indicitur. à Pelagio I.

Corepiscopi aboliti 572.

S. Gre-

S. Gregorius templa, & tempora Sacris Stationibus assignat.

Idem inducit asperionem sacrorum Cinerum in capite solennis jejunii.

Ab eodem alia plura in S. Liturgia addita, quæ Genebrardus recenset.

Sacer Calibatus ; Ordines Religiosi .

IO

S. Benedictus Ordini suo dat initium 520. Pueros in Monasteriis educandos admittit, iique oblatis à parentibus, Monasticæ vitæ jugum excutere non poterant.

Datas Monachis leges à SS. Cæsario, & Aureliano Arelatensibus EE. à SS. Ferreolo, & Columbano Abb. in Gallia, à SS. Isidoro, & Fructuoso in Hispania collegit Holstenus.

S. Gregorius M. Mauritio Augusto, qui lata lege vetuisset, quemquam, nisi bello inutilem, fieri Monachum, acriter restitit 592.

Miracula .

II

Piscina Ose in Lusitania naturà prorsus arida pridie Paschatis quot annis redundabat aquis, quæ mox, lustratis Sacro fonte quotquot ibi Christo nomen dabant, evanescebant.

Episcopi Orthodoxi, post resectas radicitus à Vandalis linguas, disertè loquuntur.

Celebres miraculis fuere SS. Benedictus, Severinus, Leonardus, Medardus.

Plura scripsere SS. Gregorii Magnus, & Turonensis, ac Venantius Fortunatus.

Schif-

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

Dioscorus contra Bonifacium II. electus, brevi extinguitur 530.

Felix, & Vigilius aliquandiu schismatici, tandem legitimi PP.

Theodorus Cæsareæ in Cappadocia Episc. Iustiano Trium Capitulorum damnationem persuadet; unde seges discordiarum in Ecclesia per duo ferè sæcula.

Acæmetarum, & Scytharum Monachorum contentiones; prioribus damnatis à Joanne II. Pontifice.

Salonius Ebredunensis, & Sagittarius Vapincensis in Gallia inter Episcopos primi castra, militum more, sequuti sunt. *Baron.*

13

Hæretici.

Deuterius, Angelitæ, Severus Monachus Severianorum, seu Acephalorum parens, Julianus Halicarnassæus, à quo Phantasiatæ, sive Aphtar-docitæ.

Joannes Grammaticus cognomento Philoponus, à quo Tritheitæ.

Petrus Apameensis, Monophysitæ, Monothe-litæ, Jacobitæ à Jacobo Zanzalo, Barfaniani, Te-traditæ, Cononitæ, Christolytæ, Contobabbitæ.

Ferquardus I. Scotorum R. confessionem in aurem Sacerdoti factam irridens, à suis habitus est hæreticus, & è folio in carcerem deturbatus. *Bath. Leslaus.*

Im-

Imperatores Romanorum.

14

REGES ITALIÆ	IMP. ORIENTIS
GOTHI	
3 Athalaricus ad 534. 8	10 Justinus ad. 527. 9
4 Theodatus ad 536. 3	<i>Primus Oriental. Cæsarum</i>
5 Vitiges ad 540. 4	<i>à Rom. Pont. Imperato-</i>
6 Hildoaldus ad 541. 1	<i>riis insignibus decoratus.</i>
7 Araricus ad 542. M. 7	11 Justinianus ad
8 Totilas ad 552. 11	566. 39
9 Tejas ad 553. 1	<i>Rom. Imperii dignita-</i>
GRÆCI POST GO-	<i>tem instaurat legibus da-</i>
THOS ad 568.	<i>tis, & Prouinciis receptis.</i>
LONGOBARDI.	12 Justinus Jun. ad
10 Alboinus ad 571. 3	578. 12
11 Clepho ad 573. 1	13 Tiberius II. ad
<i>Interregnum ann. 12</i>	582. 4
12 Flav. Antharius à	<i>Munificentia, ac feli-</i>
585. ad 590. 5	<i>citare inclytus.</i>
<i>Flavii omnes inde Reges</i>	14 Mauritius I. Græcus
<i>dicti.</i>	ad 602. 20
13 Agilulphus ad	<i>Sub hoc primam Tur-</i>
616. 25	<i>carum nomen auditum.</i>
	<i>Genebrard.</i>

R. Imperii, & Italia vices; Respublica, Principes.

15

Aliqua Romanorum Magistratum species in Italia sub Gothis Regibus perseverat.

Sicilia recuperatur à Belisario 535.

Italia cæso Teja sub Græco Imper. ad 568.

Alboinus Italiam ingressus Nepotem Gisulfum primùm perpetuum Foro Julii Ducem dicit 568.

Signonius. Campellus.

Longinus Exarchus I. à Justiniano institutus Ravennæ sedem statuit 569. Lan-

Longobardi in Italia Regem exosi 36. Duces instituunt 573.

Præcipui ex his Ducibus Spoletinus, Beneventanus 576. *Campellus*.

Reges iterum creantur à Longobardis 585.

16

Roma vices; Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Belisarius Romam Civibus dedentibus, de Gothis recipit 536.

Frustra oppugnatur à Vitige 537.

Totilas Gothorum Rex, Civibus fame prope modum enectis, Urbem vi captam incendit, sed incolis parcat, quibus tamen penè vacua facta est, alius aliud dilabentibus.

A Narsete recipitur 553.

Amplissimum fuisse hoc ævo R. Ecclesiæ Patrimonium docent Epistolæ M. Gregorii, è quibus agnoscuntur ingentes opes, & latifundia illius in Italia, Sicilia, Sardinia, Gallia, Dalmatia, Africa, & alibi. *Videantur Genebrard. & Sigonius.*

Roma per Ducem à Græco Cæsare, cui post Narsetis victorias parebat, missum regebatur.

17

Reges Gallia.

Quatuor Chlodovei filii regnum partiti regnarunt.

Theodoricus I. Metis, Chlodovirus Aureliæ, Childebertus I. Parisiis, Chlotarius I. Sueffione ad 561.

Filii Chlotarii regnant.

Charibertus Parisiis, Gunthramnus Aureliæ, Sigebertus Metis, Chilpericus I. Sueffione ad 584.

Chlo- 23

Chlotarius II. fil. ad 630. 46
 Post hos regni divisio merito visa est importuna,
 ut quæ discordiarum. & bellorum Civilium semen
 evaderet.

Hispania Reges.

18

Geselaricus ad 511. 4

Amalaricus à 507. ad 531. 24

Sub tutela Theodorici ad 526. Mox solus.

Theudus, seu Theuda ad 548. 17

Taudegessillus ad 549. 1

Agila ad 554. 5

Athanagildus ad 568. 14

Romanos auxiliares, quos Euricus ejecerat, vocat
 in Hispaniam.

Limba, seu Liuba I. ad 573. 5

Leovigildus frat. ad 586. 13

Galleciana Suedorum regnum armis occupat.

Flavi. Recaredus I. ad 601. 15

Ab hoc Flavii cognomentum tulere Castella Reges
 usque ad Mauros.

Alioram per Europam Regnorum, & Principatum
 initia, & vices.

19

Theodo Agilolphingus Dux I. Bavariæ 508.

Avarius Hunnorum Rex, Norici partem, quam
 bello domuerat, Bavariam dicit 525.

Slavi Austriam occupant 522. mox Illyricum
 post 587.

Langobardi Pannoniam occupant 549.

Garibaldus I. Rex Bojariæ, sive Bavariæ 568.

Bulgari gens hætenus ignota, à Borealibus fini-
 bus egressa, Mysia potitur.

Polo.

Polonici Principatus initia per Lecckum gente Slavum circa annum 600.

20

Initia, vicissitudines Regnorum extra Europam.

Saraceni populi ex Ismaele originem, à Sara Abrahami conjugè nomen trahentes, ex Arabia erumpunt in Syriam, Palæstinam, & Phœniciam, hoc sæculo ineunte.

Turcæ, ut liquet ex Plinio, Scytharum populi, è Portis Caspiis Armeniam, & Cappadociam invadunt 516.

Belisarius, victo, & capto Gilmèro, Regno Vandalorum in Africa finem imponit 533.

Africa in septem Provinciâs divisa, & Imperio subjecta 534.

21

Bella clariora.

Justinianus, Belisario Duce, Persas in Asia, Vandalos in Africa, bello, & cladibus atterit.

Eodem Belisario, & Narsete Ducibus, Gothos in Italia profligat.

Longobardicorum nomen Italicis bellis inclarescit.

Scoti, & Picti cum Arturo Britannorum Regæ sæpe confligunt.

Persæ sub Cavade, Cosroe I. & Hormisda III. Regibus, cum Græcis Imperatoribus varia fortuna decertant.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Alaricus Gothus manu Clodovei cadit, exercitus strage immensa afficitur 507.

Arturus Britonum Rex anno 510. ad Badonis

nis montem Saxones ingenti prælio profligat.

Justinianus per Belisarium Vandalos cladibus atterit 535.

Narses Totilam ad Buſta Gallorum profligat 552.

Justiniani copiæ ad Phasim à Persis fractæ 554.

Bucelinus prælio ad Capuam à Narsete vincitur 555.

Belli Duces nobiliores.

23

Elesbaanus Aethiopum Rex, victoriis, & Religione inclytus.

Totilas Gothorum Rex fortis, & aliquando felix, sed postea victus à Narsete.

Belisarius, & Narses Justiniani Duces celeberrimi.

Joannes, qui, opibus à Justiniano spoliatus, vitam mendicando sustentavit. *Procop. Hinc fortasse nota de Belisario fabula.*

Priscus, & Philippicus sub Mauritio.

Arturus Anglorum Rex nobile fabularum argumentum, cujus orbicularis mensa, & ensis caliburnus celebrantur.

Mummolius Patricius, & Comes Antifiodorensis.

Casus tragici, Calamitates publica.

24

Anastasius Imper. fulmine perit 518.

In Italia præ fame filii vorati à matribus 339. *Genebrard.*

Pestis per malos Angelos immissa 544. per annos 50. vexat Orbem terrarum.

Chramnus à Clotario patre intra tugurium, cum uxore, & filiabus incensus 504.

Beli-

Belisarius Constantinopoli obit inglorius. 565.

Post Tiberis inundationem atrox lues Urbem invasit, in qua plures alioqui valentes sternuendo, aut oscitando animam efflabant.

Romilda publicè palo infixæ à Cajano, cujus amore capta, post mariti mortem, Forum Julium prodiderat 600.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Italia flammeos in Cælo videt exercitus, cum sanguinis effusione, magnaque Tiberis inundatione 510. *Palmer.* Antiochia gravi terræmotu everfa 524.

Horrendus per 40. dies terræmotus Constantinopoli, & multarum adjacentium urbium æquatio 533.

Terræmotus, ac portentosus ubique maris æstus cuncta devastat 552.

Mons Rhodano imminens à contiguo monte, abjunctus, post longos mugitus, domos, ac mortales ingenti numero obtrivit 562. *Genebrard. & alii.*

Diluvium Venetiis, & alibi, mox pestis Romæ à foetore serpentium in Tiberis ripas ejectorum 589. *Palmerius, & Ciacconius.*

26

Res memorabiles, sive Sacra, sive prophana.

Alexandriæ plurimi utriusque sexus à Dæmone correpti, canum instar latraverunt 515.

SS. Medardus, & Gildardus fratres eodem die nati, eodem Episcopi facti, eodem quoque die in Cælum evolarunt 8. Junii 564.

Romildæ filix matri dissimiles, ut ab Avaribus casti-

castitatem tuerentur, crudorum pullorum carnes inter mamillas putrefaciendas locarunt 600.

Schola, Academia, Litterarum incrementa, & detrimenta.

27

Instaurata per Justinianum Berytensis Academia terræmotu excisa.

Mauritius Imper. Studiis, & Eloquentiæ præcipuè favet.

Siluisse Romæ Gymnasia omnia; neque Pontif. Agapeti autoritate ad docendum quemquam allici potuisse, testatur Cassiodorus.

Gothi vetantes literis liberos erudiri, ne ad arma tractanda minùs alacres fierent, literas prope modum perdunt.

Consequentibus temporibus, cum graves bellici tumultus inciderent, studia satis excoli non potuere.

Theologia positiva.

28

Ruricius Senior, S. Fulgentius Rusp. E. Boethius, Andreas Cæsariensis E. Ennodius Ticin. E. Avitus E. Ferrandus Diacon. Eugippius Ab. Cassiodorus, Justus Orgelitanus. Joannes Jejunator. S. Remigius E. Junilius, Primasius E. Procopius Gazensis, S. Joannes Climacus, Aretas Cæsariensis.

S. Agapitus Pontif. R. ut Sacram doctrinam Romæ labentem sustineret, Theologiæ scholas aperiri jussit.

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

29

S. Fulgentius Rusp. Eugippius Ab. Ferrandus Dia-

Diacon. Vigilius Tapsensis E. auctor librorum. SS. de Trinit. qui olim D. Athanasio perperam adscripti.

Joannes Maxentius, Victor Afric. Zacharia Mytylen. Leontius Byzant. Rusticus Rom. Diacon. Facundus Hermianensis, Anastasii Sinaitæ duo, Antiochenus Patriarcha, & alius Monachus.

S. Hormisdæ, S. Joannis I. Bonifacii; S. Sylve-
rii, Pelagii I. & II. Epistolæ suppositiæ.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatoros.

Tribonianus Justiniani jussu Digestorum Compilerator, usus est opera aliorum 16, qui fuere, Patricius, Leontius, Phocas, Basilides, Thomas, Constantinus, Theophilus, Dioscorus, Præsentinus, Tribonianus, Dorotheus, Isidorus, Oratinus, Talleteus, Theodorus, Anatolius.

Talmud Babylonicum Hierosolymitano præstantius à Rab. Maar absolvitur 505. Dividitur in Mischnàm, hæc est legem secundam, seu iteratam: & Gemaràm, hoc est supplementum.

Dionys. Exiguus, Joannes Scholastic. Fulgentius, Ferrandus, Martinus Braccarenensis, seu Dumenfis Canones collegere.

31

Philosophia.

Proclus Lycius hostis Christianorum, Philos. & Mathem.

Boetius Aristotelis libros aliquos latina lingua primus donat, & commentariis illustrat. hinc apud Latinos magis inclarescit Aristoteles.

Martianus Capella Philos. & Philol. Joannes Grammaticus cognomento Philoponus, Simpli-
cius

cus Phrygius, Aristotelis interpretes. Æneas Gazaus, Marinus Neapolitanus Procli auditor. Damascius Stoicus Platonis Commentator.

Zacharias Mytilin. E. Phil. nobilis.

Medicina.

32

Dioscorus Alexandri Tralliani pater.

Alexander Trallianus, qui, Justiniano imperante, Therapeutica singularum corporis partium scripsit.

Austregilda Gontrani Reg. Aurelianensis uxor moritura petiit à marito, ut Medicorum fauces, a quibus sanari non potuerat, juberet elidi; quod plusquam barbarè factum narrat Gregor. Turon.

Theodorus Mauriti Imper. Medicus, & S. Gregorio Magno addictissimus.

Mathematica.

33

Proclus Lycius Philosophus, & Mathem. Boetius. Hero Senior Mechanic. Martianus Capella, Marinus Neapolitanus. Dionysius Exiguus Chronol. Antemius Mechan. Priscianus Grammaticus edito de Ponderibus, & Mensuris libello Mathematicis accensetur. S. Victor Capuanus scripsit de Cyclo Paschali, Stephanus Byzant. de Urbibus. Hujus Epitomen concinnavit. Hermolaus Grammaticus. *Suidas.*

Heliodorus Larissæus Geograph.

Mauritius Imper. Tactica scripsit.

Historia, & Chronologia.

34

Laurentius Mellifluus E. Cogitosus Monach. Scotus, Jornandes Gothus E. Liberatus Diaconus, Proco-

Procopius Gazæus, Victor Tonnenſis, Gildas Bardonius, Leontius Byzantinus, M. Aur. Caſſiodorus, Melchicus Avellonius, Agathias, Marius Lauſan. E. Euſthatus Presbyt. Joannes Biclarienſis, S. Gregorius Turonenſis, Evagrius Scholaſticus.

Datus Mediolan, perperam Chronologus habetur, cum Chronicon illi assignatum, suppositum omnino appareat.

Marcellinus Comes, & Achilles Tatiſus hinc plerumque locantur, ſed ævi ſunt incerti.

Rhetorica; Oratoria, Poëſis.

35

Boetii Poëſi nihil illuſtrius habuit hoc ævum. Laudatur & Helpis ejus uxor Poëtria nobilis.

M. Aurelius Caſſiodorus Rhetor.

Marinus Neapolitan. magiſtri Procli vitam ſolutà, & vinctâ oratione deſcripſit.

Theleſinus Ælius, Arator, Alcimus Avitus, Melchicus Avellonius, Merlinus Caledonius Britannorum Vates, S. Venantius Fortunatus E. Pictav. Poëtæ.

Cofroes II. Perſarum R. Græcos Scriptores, & Poëtâs Perſicè vertit. *Agathias* 540.

36

Philologia, & Grammatica.

Luteam ab hoc ſæculo Lingua latina atatem Grammatici numerant, cum Longobardis regnantibus, novum loquendi genus ex plebeja Romana, & Germana conflatum inventum eſt. Scioppius.

Orion Thebanus Græc. Grammat. Fulgentius Placiades, Suidas Monachus, Prifcianus. Grammat. & Philol. Græc.

S. Gregorius Magnus l. 6. ep. 9. fatetur ſe Græcè nesci.

nescire, nec esse Constantinopoli, qui latinè reddere Græca possit. Hinc liquet utriusque lingua neglectus.

Nova inventa; Artifices nobiles.

27

Specula ænea uistoria Procli inventum 514.

Horologium Machinale, his, quibus utimur, haud absimile, primùm à Boetio in turri Ticinensi adinventum aliqui suspicantur.

Serici ex bombycum ovis conficiendi ratio innotescit per Monachos ex India appulsos 557.

M. Aurelius Cassiodorus horologia miræ artis, lucernas semper ardentes habuisse traditur.

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria.

28

Antiochia à Justiniano instaurata Theopolis appellatur 529.

Gnesna in Polonia à Lecho Croata condita 550.

Victoria civitas in Hispania à Leovigildo 580.

Ferraria munita à Smaragdo Exarcho 585.

Theodelapius Dux sub initium sæculi, ponte simul, & aquæductu planè mirabili, Spoleti duos montes jungit. *Campellus Hist. Spolet.*

Templum S. Sophiae celeberrimum Constantinopoli Justinianus erigit, eique trecenta sexaginta quinque suburbia pro dote assignat, ac mille Clericos constituit, qui rem divinam in eo faciant.

Architetti nobiles, Architectura Romana vices.

29

Moles Hadriani habitatur à Theodorico, hinc aliquando *Theodorici Domus* appellata.

Theodoricus quasdam mœnium partes ex marmorum crustis, & silice instaurat.

P

Quam-

Quamvis magnificis Theodorici operibus antiqua ædificiorum miracula superata scripserit Casiodorus, perennare non valuerunt.

A Narsete prius, mox à Belisario, post Urbem à Totila incendio deformatam, instaurata è topis, cœmentis, lapidibus, & lateribus mœnia.

Architectura Gothica à Gothis inventa, veteri neque soliditate, neque elegantia comparanda.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

Nullam hujus ævi picturam Romæ licet assignare; nam musivæ instauratæ olim D. Gregorii jussu in D. Agathæ ad Suburram Templo, periire vetustate consumptæ anno 1592. Delineatæ tamen servantur in Vaticana Bibliotheca, teste amantissimo antiquitatis Præsule Joanne Ciampino.

Quæ Græserus in Historia exotica tradit de Statua Theodorici, affabrè elaborata, & Neapoli erecta ad prænuncianda Gothorum fata, à viris antiquitatis bene peritis fabulosa censentur.



quàm alii postea inconsultò credere, nullo enim antiquitatis teste nititur. *Papebroc. loc. cit.*

Honorius I. vel nunquam, vel injustè à Sexta Synodq̄ Oecumenica damnatus est; quare non minùs verè, quàm piè ab omni hæresis labe purus asseritur. *V. Marchesii, & Tamagnini opuscula.*

Romani Pontificis in Ecclesiâ Potestas.

Magisterium, Veneratio.

3.

Phoca Græco Imper. approbante, Primatus, & Oecumenici nomen soli Rom. Pontif. adscribitur. 608.

Cypri Episcopi *in Epist.* Romanum Pontificem Patrum Patrem, Archiepiscopum, & universalem Papam appellant. 643.

Sexta Synodus Oecumenica Constantino IV. de more plaudens profitetur, in Agathone Rom. Pontifice Petrum esse locutum 681.

Constantinus IV. Imper. *in Epist.* Tanquam ipsius Divini Petri vocem, Agathonis relationem supermirati sumus.

Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium

Ritus, & vices.

4.

Bonifacius III. sancit, nequis demortuo Pontifici subrogetur, nisi post tertium diem.

Sacrum Chryisma, & Evangelium in solemnibus supplicationum pompis R. Pontifici Acolythi præferebant.

Joannes IV. abjecta cera, plumbo diplomata primus obsignat.

Constantinus Pogonat. veterem Comitiorum libertatem Eccl. Romanæ restituit.

Joan-

Joannes V. & Sergius I. *Salutem, & Apostolicam benedictionem* in Bullis primi præmittunt, Primus R. Ecclesiæ Thesaurar. sub Agathone. Genebrard.

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

Cosroas Pers. Rex Christianum nomen variis suppliciis affligit ab ann. 607. ad 625.

S. Anastasius cum 700. Sociis obruncatur in Perside 628.

S. Eneumundus Lugdun. E. Ebroini fraudibus, S. Argulphus Lerinenſis Ab. per falsos fratres cæsus 664.

S. Maximus in exilio moritur 663.

S. Trudo Presbyt. florebat 670.

S. Dymna ob castitatem à patre Hiberniæ Rege interempta 700.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Romana 601. 602. 606. 610. 640. 648. 649. 667. 680. Byzacena 602. 641. Numidicum 604. Tolitana 610. 634. 636. 637. 647. 653. 655. 656. 675. 681. 683. 683. 684. 688. 693. 694. Tarraconense, sive Egarense, Parisiense 614. Matisconense 617. Hispalense 619. Remense 625. Aurelianense 645. Cabilonense 650. Emeritense 656. Clypiacense 662. Augustodunense 670. Erdfordiense 673. Bracarense 675. Anglicanum 679. Mediolanense 679. Romano-Britannicum, sive Hedfeldense 680.

Constantinopolitanum G. VI. 680. & 681. Rothomagensis 682. Cæsaraugustanum 691. Quinſextum, seu Trullanum R. 692. Becanceldense 694. Ultrajectense 697. Aquilejense 698.

San-

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

S. Eustasius E. 602. S. Augustinus Anglorum Apoff. E. 604.

S. Joannes Eleemosyn. E. 616. S. Gallus Ab. 618. S. Rupertus I. Ep. Salisburg. 623. S. Mellitus E. Cantuar. 624.

S. Isidorus Hispal. E. 635. S. Emmeramus E. M. 661. S. Sigebertus Rex Austrasiæ 663. S. Gertrudis V. 664. S. Eligius E. 665.

S. Ildephonsus E. 666. S. Audomarus E. 695. S. Claudius E. 696.

S. Fiacrius Scotorum Regis Eugenii IV. f. qui oblatum sibi à popularibus Regnum recusavit. *Bæth. Leslaus.*

8

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

Heraclius in Oriente, Sisebutus in Hispania, Dagobertus in Francia Judæos omnes baptizari jubent, aut exulare,

Perfarum Regina cum viro suo Constantino- poli Baptismo lustratur.

Olopnemius è Judæa profectus Sinis Christum annunciat 663. *Kircher ex vetustis monumentis ejus gentis.*

Flandria per S. Eligium, Franci Orient. per S. Kilianum, Angli Orient. cum Sigeberto Rege, per S. Mellitum, Germani, Batavi, Frisones, Saxones per SS. Suvibertum, & Vulftranum Christo nomen dare incipiunt.

9

Sacri Ritus induci, antiquati.

Vfus Campanarum in Ecclesia per Sabinianum P. Pan-

Pantheon B.V. & omnibus SS. dicatum à Bonifacio IV. 608.

Bonifacius V. in templis, arisque asyla reis aperit. Festum S. Crucis illustrius post Heraclii de Cosroe victoriam. Cerei consecrati die B.V. Purificatæ.

Organa, & alia instrumenta musica à Vitaliano P. primùm in templis adhibita. Osculum pacis in Missa ab Agathone inductum.

Rosæ Aureæ per Pontif. consecratio ex Ordine Rom. hęc statuenda videtur. Videatur Chartarius in erudito hac de re Opusculo.

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

IO

S. Columbanus Scotus Bobiense Monasterium in Italia condit 609.

S. Enemundus E. Lugdunens. Sanctimonialis S. Petri instituit.

S. Sigebertus Austrasiæ Rex, duodecim Monasteriis extructis, Monachum induit.

S. Iossæus Regis Britonum fil. Anachoreta in agro Pontium 651.

S. Fiacrius Scot. Regis f. Anachoreta in Gallia.

Bamba Hispaniæ Rex bellicis operibus inclutus Monasticam vitam amplectitur 680.

Inclinante sæculo concedi cœpere à Rom. Pontificibus aliqua Monasteriis immunitates.

Miracula.

II

Heraclius Imp. Christi D. Crucem ex hoste receptam, nudipes, & sacco indutus infert Hierosolymam, cum auro, gemmisque fulgens cœlesti vi repelleretur.

P 4

S. Ro-

S. Romanus Archiep. draconem agro Rhotomagensi infectum stola injecta in urbem trahit, populo spectante cremandum.

SS. Amandi, Theodori, Columbani, Joannis Eleemosynarii, & aliorum miracula celebrantur.

Ab Adelmanno, & Joanne Moscho plura hujus sæculi mira traduntur.

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

Constantinus II. Imper. Paulo Patr. C.P. suadente, Typum evulgat: sed improbat a Theodoro R. P. 648.

Auctior hinc Græcorum a Latinis abalienatio, donec in hæresim evadat, & Græciam perdat.

Ravennas Ecclesia Exarchi potentia freta, in Romanam assurgit 669. sed opera Theodori Archiep. ad ejusdem auctoritatem revocatur sub Agathone.

Schisma Romæ ex divisione asectatorum Theodori, atque Paschalis 687.

13

Hæretici.

Heicetæ, Gnosimachi, Bayras Mahometis Magister, Cyrus Alexandr. Patriarcha Antioch. Sergius, & Pyrrhus P.P. Constantinop. Monothelitæ.

Mahometes patre Ethnico, matre Judæa, idemque Christianus, monstrosam ex tribus disciplinis sectam confecit, simulato Archangeli Gabrielis congressu, & adjutore Monacho Sergio 620.

Chazinarii, Almeni, Ecnophrones, Patermenutæ, Lampesiani, Theocatagnostæ, Aginenses, Maronitæ a Marone Eutychetis furculo.

In Sexto Toletano Concilio decretum est, ut
inter

inter alia Sacramenta hoc præcipuè se Rex obstringeret, antequam solium ascenderet, non passurum se quemquam non Catholicum in Hispania degere.

Imperatores Romanorum.

REGES ITALIÆ		IMP. ORIENTIS	
LONGOBARDI			
14	Adalvaldus ad 626.	15	Phocas ad 610. 8
15	Ariovaldus ad 638.	16	Heraclius ad 641. 30
16	Rotharis ad 654.	17	Constantinus IV. ad 642. m. 3
17	Rodoaldus ad 659.	18	Constans II. ad 668. 26
18	Aripertus I. ad 662.	19	Constantinus V. Pogonatus ad 685. 17.
19	Godebertus, & Bertharitus ffr. Pelluntur à Grimoaldo.	20	Bulgaris tributum pendit. Justinianus II. ad 694. 10
20	Grimoaldus ad 673.		<i>A truncato naso dictus Rbinothmetus.</i>
21	Garibaldus M. 3		<i>Hoc pulso</i>
22	Bertharitus solus ad 691. 18	21	Leontius Patritius ad 697. 3
23	Cunipertus ad 703. 12		<i>In Monasteriũ detruditur.</i>
		22	Tiberius III. Abimarus ad 705. 7

R. Imperii, & Italia vices; Respublica, Principes

Saraceni Syracusis expugnatis totam penè Siciliam populantur.

Longobardi, Rothari regnante, Liguria potiuntur 647.

Iidem novas leges, novos Magistratus inducunt, Castal-

Castaldos, Cataneos, Valvafores &c. per quos provincias, urbes, & oppida regerent.

Veneti, accepta ab Adeodato Romano Pontif. potestate, primum Ducem eligunt Paulutium. Anaphæstum 697.

Romualdus Beneventi Dux tota ferè extrema Italia Græcos expellit.

16

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Civilem tamen aliquam potestatem exercuisse Roma D. Gregorium liquet ex ejusdem Ep. 12. l. 5. ubi jure Civitatis exteros donat.

Antequam Saraceni trajicerent in Hispaniam, eamque subigerent armis, nobilissimum Regnum annuum Romanæ Ecclesiæ tributum solvebat.

Calvisius anno 700. scribit Baronii Annales ab Hispania fuisse proscriptos, quia hoc ausus est affirmare; sed unicum tomum undecimum aliam longè ob causam non probatum fuisse Hispanis, norunt & qui nondum ære lavantur.

17

Reges Gallia.

Dagobertus I. ad 638. 8

Clarus bellis in Saxones.

Reliqui Reges ad Childericum III. degeneres latent, Regia Domus Præfectis, sive Majoribus omnia permittentes.

Chlodoveus II. ad 656. 18

Chlotarius III. ad 670. 13

Dagobertus II. S. Sigeberti Austras. Reg. filius revocatur ex Hibernia in Galliam 661. occiditur anno 680.

Childericus II. ad 675. 5

Theo-

Theodoricus II. ad 693.	18
Chlodoveus III. ad 698.	4
Childebertus II. ad 711.	13

Hispania Reges .

Limba, seu Liuba II. ad 603.	2
Vittericus ad 610.	7
Gundemarus ad 612.	2
Sisebutus ad 621.	8
Recaredus 621. m. 3.	0
Suintilla, & Ricimerus ad 631.	10
Sifenandus ad 636.	5
Chintila ad 640.	4
Tulga ad 642.	2
Chindasuindus ad 649.	6
Ricifuindus ad 672.	23
Bamba ad 680.	8
Frvigius ad 687.	7
Ægica ad 701.	14

*Aliorum per Europam Regnorum, & Principatuum
initia, & vices .*

Garibaldus II. iterum Dux Bojariæ . 607.
 Zeccus Slavus I. Bohemiæ Dux anno ferme 649.
 Bulgari Pannoniam, & Thraciam occupant prope annum 680.

Extinctis Lecchi posteris in Polonia anno ferè 700. XII. Palatinis, quos populi elegerant, in tyrannidem prolabantibus, creatur Dux I. Cracus, à quo Cracovia nomen invenit.

Ragusa, quæ post dirutam à Saracenis veterem Epidaurum, à Polymiro Belo Bossinorum R. condita fuerat, liberæ urbis more, à propriis Magistratibus regi cæpit. *Tubero l. 5.* *Ini-*

18

19

20

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

Heutay apud Sinas, diviso Regno, dominantur 628.

Mahometes, primò servus, mox vates, inde Dux Exercitus, in Arabia moritur 631.

Huic succedit Abukara, & post eum Omar, sive Haomar, qui Persidem subigit, mox Syriam, & Ægyptum.

Hic primus dictus est Calipha.

Haly Mahometis gener post Haomarum.

Muhavias I. Damasci Calipha.

Abderamus I. Miramolinus in Mauritaniam Tingitana fuga evaserat cum asseclis Abdallæ Caliphæ Damasceni interempti, *Miramolinus, idest Princeps, seu caput Fidelium.*

21

Bella clariora.

Cosroes II. Rex Pers. foedè lacerat Rom. Imperium sub Phoca: mox ab Heraclio pluribus claudibus atteritur.

Saraceni circa 637. latè per Asiam, & Africam victores sub Heraclio, & Constantino filio.

Saraceni inter Halys, & Mahometis asseclas divisi, bellum civile gerunt.

Angliæ populorum bella, quæ narrantur à Beda.

Dagobertus I. Francorum Rex bellum habet cum Slavis 622. 623.

Orientis Cæsares à Constantino Pogonato ad Michael. Paphlagon. cum Bulgaris per 6. ferè sæcula, aut bellum, aut suspectam pacem habuere.

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Cosroes II. Persarum REX, cum plures Imperii provincias foedè lacerasset, Carthaginem expugnat 614.

Heraclius Cosroem, pluribus victoriis exultantem, divinitus debellat 622.

Saraceni Constantinopolim obsidentes à Christianis profigantur 674.

Constantinus Pogonatus per imprudentiam, foedam accipit à Bulgaris cladem 684.

Tiberius II. caelis 200. Saracenorum millibus, feliciter auspiciatur Imperium 698.

Prælia, & Belli Duces Nobiliores.

Trebellius Dux Bulgarorum fortissimus.

Cosroes Persarum REX illatis Rom. Imperio claudibus clarus, sed tandem ab Heraclio victus, & à filio cæsus.

Rotharis Longobardorum REX victoriis, & aucto regno nobilis.

Omar Arabum REX, seu melius Calipha à Mahomete tertius.

Halys à Mahomete V. qui rerum successu elatus, Mahomete major dici, credique voluit. Ex eo Saraceni in duas sectas divisi.

Bamba Hispaniæ REX, armis, & pietate insignis

Casus tragici; Calamitates publica.

Cajanus Avarum REX captivos innumeros mactat, quod eos Mauritius Imper. viritim quatuor siliquis redimere noluisse 601.

Mauritius Augustus à Phoca, post conjugem, & li-

& liberos ante os ejus trucidatos, jugulatur 602.
Non alius Augustus, aut majorem cladem, aut
fortius tulit.

Phocæ superbiam in miseria retinentis collum
pedibus calcit Heraclius.

Brunichildis decem Regum trucidatrix equi-
nis caudis alligata discerpitur.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Signum de Cælo instar gladii, & terræmotus
triginta dierum 632. *Sigebertus.*

Nicomedia, & Nicæa iterum gravissimo terræ-
motu concussa 633.

Cometes 678. quem siccitas trium annorum,
consequuta est, & pestilentia, quæ funeribus Ita-
liam exhaustit.

Stella per noctem Cælo sereno, nubilo infecta
sub initium Januar. 685. apparuit; mox alia Fe-
bruar. meridie, cum magno fulgore ad Orien-
tem decurrit. *Sigon.*

Martio verò Vesuvius per dies aliquot ignes
evomuit, atque omnia virentia circumquaque
adussit. *Sigonius.*

Eodem anno Romæ Tiberis inundatio.

26

Res memorabiles, sive sacra, sive prophana.

Cosroes Persarum Rex, argentea ædicula ad id
excitata, sacram Crucem, quam captis Hieroso-
lymis asportarat, veluti collegam adscitam, ad
dexteram in aureo folio statuit 615.

Pyrrhi C. P. Patriarchæ Monothel. damnatio-
nem scripturus Theodorus Rom. Pontif. Christi
sanguinem è calice miscuit atramento 648.

Dum

Dum lues horrenda Italiam, & Romam præcipuè popularetur, diabolus, multis spectantibus, Urbem cum hasta obiens, ad Angeli imperium, cuspide domorum januas feriebat, & postero die mortuorum numerus hastæ ictus æquabat 680.

*Schola, Academia, Litterarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Erphordiensis Academia sub Dagoberto I. Rege. Scholæ Cantabrigienses in Anglia 630. Academia tamen ibi multò seriùs constituta.

Britanniæ, quæ Gothicis excursionibus non patuerant, veteris doctrinæ reliquias visæ sunt conservasse.

Coactò ab Agathone Rom. Pontif. Concilio, in ea primorum capitum frequentia inventum neminem vel mediocri doctrina instructum, qui ad Constantinum Pogonatum legari posset, ejusdem Pontificis literæ deplorant.

Gnosimachi hæretici scientiam, & doctrinam omnem rejicientes, non parvum literis detrimentum attulere.

Theologia positiva.

28

S. Gregor. Magnus, Paterius S. Gregorii discipulus, Antiochus Monachus, S. Columbanus Ab. Leontius Neapoleos in Cypro E. S. Isidorus Hispal. E. Cumeanus Scoto-Hibernus E. cognomento Sapiens, S. Eligius Noviom. E. cujus opusculum de Rectitudine Catholicæ Conversationis, S. Augustino perperam assignatum est, Thelesius Monachus, S. Martin. I. Papa, Dorotheus Archimandrita, S. Maximus Mart. S. Hildephonfus Toletan. E.

Theo-

29

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum Scripta.

S. Sophronius Hierosolym. E. S. Isidorus Hispal.
Joannes IV. Papa prædecessoris Honorii apologiam
scripsit. D. Eustratius Presbyt. Constantinop.

S. Martini. I. Epistolæ probantur omnibus, S.
Maximus Monach. & M.

Anastasius Monach. Constantinopol.

S. Hildephonsus Tolet. E. S. Julianus Toletan. E.

S. Deusdedit Epist. supposititia.

S. Benedicti Epist. ad Petrum Notar. & ad Ervigium Regem spuria censentur à Cardinali Baronio.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

Marculphus Monachus, à quo habemus formularum libros.

Mahometes, Heraclio imperante, Alcoranum evulgat.

Longobardorum leges Rotharius R. in tabulas refert 644.

Mohavia Calipha Babylon. 200. diversos Alcorani Commentarios conciliare nititur, eosque ad 6. libros contrahit. Sed inde quatuor Mahometanorum sectæ ortum habuere. Melichi, Imemiana Halys, Omari, & Odomanni. Prima Arabes, 2. Persas, 3. Turcas, 4. Tartaros habet Sectatores.

Cresconius E. Canones colligit 696.

Cracus I. Polonis leges tulit 700.

Philosophia.

31

Liber de Natura rerum scriptus ad Siburum Principem à S. Isidoro Hispalensi, vitiatuſ est ab Episcopo ſucceſſore Theodicio.

Adelmannus, & Cleofridus Bedæ Magiſtri, Philoſophi, & Theologi nobiles.

Hoc, & conſequenti ſæculo Philoſophia in ſola Britannia viſa eſt floruiſſe.

Medicina.

32

Stephanus Alexandrinus Chymicus: Quamvis in Europa Medicina jaceret, aliquò in pretio fuiſſe apud Arabes ſuſpicari licet; cùm hi ſequenti ſæculo eam inſtaurandam ſuſceperint.

Mathematica.

33

S. Gregorius Magnus Clericos in Muſicis erudit. Ab eo cantus, quo in Sacris præcipuè utimur, nomen invenit. Quamvis eo fortatte priùs uſus fuerit D. Ambroſius.

S. Isidorus Hispalenſis Arithmèticam, & Aſtrogiam in libris Originum attingit.

S. Maximus Monachus, & Martyr ſcripſit de Cyclo, & alia ſub Heraclio.

Hero Junior pariter ſub Heraclio eſus opus certum, & dignius Belopæica; alia ſuſpecta.

Hiſtoria, & Chronologia.

34

S. Gregor. Magn. Paulus Emeritenſis, Theophilactus Simocata, Fauſtus Monachus, Leontius in Cypro E.

Maximus Cæſarauguſt. cujus extant libri de Geſtis Gothorum in Hiſpania. Q Jo-

Joannes Moschus Auctor Prati Spirit. Auctor Anonym. Chronici Alexandrini, Paulus Diacon. Neapolitan. S. Isidorus Hispalensis.

Secundus, cognomento Servus Dei, scripsit de rebus Longobardorum.

Jonas Bobiensis Ab.

Nonnus Galfridus Card.

Audoneus E.

35

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

S. Columbanus Ab. Oriensius E. S. Eugenius Tolletan. Junior, Gregorius Pisides. Poeta.

Hoc saeculo Eloquentia omnino defecisse in Italia visa est.

Poesis verò apud Arabes hujus artis amantissimos maxime floruit; quare aliqui inter eos Calipha carminum gloria inclaruere. Ex eruditissimo Huetia in Dissert. de sctis. Histor.

Alcoranum Mahometes rhythmicis versibus condidit, ut imperitæ multitudini gratius accideret, si vera prodit Genebrardus.

36

Philologia, & Grammatica.

Deperditam hujus initio saeculi Linguam Latinam falsò docet Rou in Tabul. Chronol. 606.

S. Isidorus E. Hispal. celebrem de Verbor. Originibus librum scribit. Non desunt qui nobile opus alii tribuant. Du Fresne.

Joannes Stobæus, & Nennius Bancherensis. Philol.

Maidulphus Scotus Græcæ, Latinæque linguæ Scholam in Anglia aperuit, ut apud exteros cohererentur, quæ in natali solo apud suos docto-
rum

rum linguæ negligebantur. *Leslaus*.

Felix Longobardus Grammaticus, quem laudat Paulus Diaconus.

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Ignis Græcus Callinici inventum.

Sabinianus Papa horas diei, tintinnabuli sonitu primus distinguit.

Mahomete à Mecha fugiente 622. incipit Hegira, hoc est annorum lunarium apud Arabes supputatio ab ea fuga.

Æra Isdegerdis ab ejus obitu 632.

S. Eligius antequam Noviomenſi Infula donaretur, aurifaber, per Galliam celebris; Extat adhuc ejusdem opus, nobile Mausoleum S. Martini Turon. E.

Urbium natales; & alia Architectura opera illustria.

38

Urbs Sangallensis in Helvetia conditur 620.

Ferraria amplificata à Rom. Pontifice Vitaliano 657.

Ferraria in oppositam Padi ripam translata 673.

Pampilona per Regem Bambam 674.

Praga in Bohemia incipit ædificari 686. & Cracovia in Polonia.

Templum ea ætate nobilissimum, nunc vix mediocribus comparandum D. Joanni Baptistæ à Theodolinda Longobardorum Regina Modoetiæ ponitur.

Architecti nobiles; Architectura Romana vices

39

Laterum officinas post Barbarorum devastatio-

R 2

Q 2

nem

nem in Urbe abolitas opinatur Ciampinus in *Vetust. Monum.*

Itaque plerumque hoc ævo ædificatum est ex topis, silicibus, & marmorum crustis.

Bonifacius IV. sive vetustis instaurandis, sive novis excitandis ædificiis, inclaruit.

Templum S. Venantii in Regione Montium, prope Lateran. Ædem à Joanne IV. inchoatum, à Theodoro perfectum est.

Templum S. Georgii in Velabro à Leone II. instauratum traditur.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

Honorio I. jubente, elaborata est opère vermiculato S. Agnetis effigies, quæ in Odæo templi, eidem Virgini dicati, via Nomentana visitur.

Imagines è tessellis, quæ spectantur in Odæo templi S. Venantio Episcopo, & aliis Martyribus Sacro prope Basilicam Lateranensem, Joanne IV. & Theodoro Pontificibus, qui simili opère ibi picti cernuntur, sedentibus compactæ feruntur.





SÆCULUM VIII.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

I.

87	Joannes VI. Græcus à 702. ad 704.	2	2
88	Joannes VII. Calaber à 705. ad 707.	2	8
89	Sifinnius Syrus à 707. ad 708.	D.	20
90	Constantinus Syrus à 708. ad 715.	7	1
91	S. Gregorius II. Rom. à 715. ad 731.	15	9
92	S. Gregorius III. Syrus à 731. ad 741.	10	9
93	S. Zacharias Calaber à 741. ad 752.	10	3
..	Stephanus II. Rom. 5. Dier. Pontif. non numeratur.		
94	Stephanus III. dictus II. Rom. à 752. ad 757.	5	1
95	S. Paulus Rom. à 757. ad 767.	10	1
96	Stephanus III. Siculus à 768. ad 772.	3	6
97	Hadrianus Rom. à 772. ad 795.	23	10
98	Leo III. Rom. à 795. ad 816.	20	6

Præcipua in Romanorum Pontificum Historia Controversa.

2

Gregorius II. non III. (ut malè Rou in Tabul. Chronol.) Leonem Isaurum anathemate perculit, popularibus ejus sacramento solutis. *Baronius ex Aliis*,

Zacharias Rom. Pontif. Francis Proceribus potestatem fecit, damnata Chilperici ignavia, Pipinum Caroli Martelli filium Regem appellandi. *Galli Scriptores veteres ferè omnes.*

Q 3

Fictum

Fictum à Sigiberto jure suspicatur Baronius Decretum, quo Hadrianus I. R. Pontificis electionem Carolo Magno, & futuris post eum Cæsari- bus dicitur permisisse. *Bellarmin. & alii.*

32

Romani Pontificis in Ecclesia Potestas, Magisterium, Veneratio.

Justinianus Imper. Constantini Pontif. pedes osculatur 709.

Zacharias Rom. Pontif. Chilperici Regis ignavia damnata, Pipinum, Francis Proceribus appro- bantibus, Regem dicit 752. *Papebroch.*

Romana Sedes in toto Orbe terrarum Primatu fungens, Caput omnium Ecclesiarum constituta est. *In Epist. Hadriani I. à Septima Synodo appro- bata.*

Carolo Magno de criminibus Leoni III. obje- ctis cognituro succlamant Episcopi: *Rom. Pontifi- cem à nullo mortalium judicari 800.*

4

Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium Ritus, & uires.

Protratio Imperatoris ante Pontificem, ejus- que pedum exosculatio 709.

Gregorius III. 14. Diaconis Cardinal. 4. addit Palatinos, quorum munus erat Pontifici in Eccl. Lateranensi ministrare.

Sub Stephano III. 769. in Concil. Rom. de- cretum est, ne quis eligeretur in Pontificem, nisi ex Cardinal. Collegio.

Pipinus Galliae Rex primus equi Pontificii frænum tenens, Stephanum III. pedes deducit in Regiam.

Sex

Sex Cardinal. Episcopi sub Stephano IV. primo membrantur.

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

S. Lambertus E. Trajectensis, sive Leodiens. ob notatum scortum cæsus 707.

Infesti Ecclesiæ Saraceni ab ann. 718.

Leo Iconomach, indignis modis Catholicos vexat 740.

S. Bonifacius E. Mogunt. in Frisia pro Christo cæditur 754.

Constantinus Copronymus Martyrú mensem cælo infert.

Habdalla Saracenorum Princeps furit in Christianos.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Toletanum 701. Romana 705. 721. 724. 726. 731. 732. 743. 745. 762. 769. 800. Anglicanum 705. Constantinopolitana R. 712. 754. falsò appellatum VII. Oecumenica Synodus, Ratisbonensia 742. 792. *Primum quibusdã Germanicum dicitur.* Liptinense 744. Svefsionense 745. Germanicum 745. Clavoshoviense 747. Vermeriense, & Metense 753. Vernense 755. Compendiense 757. Germanicum R. 759. Gentiliacense 766. Dinglovingense 771. Vormatiensia 772. 776. Genevensis 773. Marcodurenensia 775. 779. Paderbonensia 777. 786. Liptatense 780. Coloniense 782. Calecutanum 787.

Nicænum II. G. VII. Inghelimensis, & Narbonense 588. Fótojuliense 791. Francofordiensis 794.

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

S. Irmina Dagoberti II. fil. 701.

S. Bonitus E. 704. S. Vvilfridus E. 709.

S. Vvinocus Ab. 717. S. Suuibertus E. 718. S. German. E. C. P. 720.

S. Richardus Anglorum Regul. pater SS. Vvilibaldi, & Vvinibaldi, & S. Vvalburgæ V. confanguineus S. Bonifatii, S. Joannes Damasc. 731. Venerab. Beda 735.

S. Vviro Scotus E. 750. florebat.

S. Hubertus E. 754. S. Anthusa fil. Constant. Copron. 775. S. Burchardus E. 791.

8

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

S. Vviro Belgis, S. Vvillibrordus Frisiis, aliisque in utraque Germania Evangelii lumen important.

S. Ludgerus Saxones, S. Corbinianus Alemanos ad Christum adducunt.

Avares cum Rege Trudone ad Christum adjuncti.

Brabantii per S. Humbertum, Thuringii, Frisii, Hassi, aliique Germaniæ populi per S. Bonifatium Christi religionem suscipiunt.

Religio in Oriente tollere oculos visa est, Irene sacra refovente post obitum Leonis IV. Porphyro geniti.

Sacri Ritus induciti, antiquati.

9

Panis, & Vini oblatio pro Missa celebranda. Magistri Cantorum.

Gregorius II. jejunium in Sabbatis Quadragesimæ antea vetitum servari jubet.

Gal-

Gallia Rom. Liturgiam, Pipino, & Garolo Magno adnitentibus, amplectitur.

Licebat adhuc sub Carolo Magno cuilibet Sacerdoti plures in die Missas celebrare. *Card. Bona Liturg.*

Consuetudo indiscretè distribuendi Divinam Eucharistiam pueris Sacro adstantibus aboletur. *Card. Bona.*

Sacer Cœlibatus ; Ordines Religiosi .

IO

Petronax Ab. Casinense Monasterium instaurandum suscipit 720.

Edilredus Merciorum 704. Chenredus item Merciorum, & Offa Saxonum Oriental. in Anglia Reges 715. Ina R. Saxonum Orient. 740. Cleofulus, & Egbertus Northumbriæ Reges; paulò post, Carolomannus Caroli Martelli Primogenitus ad Monachos transeunt.

Monachi ad Insulas, & gravissima Ecclesiæ negotia frequenter assumebantur.

Fœminis non patebat aditus ad Monachorum templa.

Miracula .

II

Crucifixi imago, Berythi à Judæis perfossa, largo sanguine manavit.

S. Joanni Damasceno manus amputata, à Deipara restituitur.

Acta II. Synodi Nicænæ testantur miracula S. Platonis Martyris in subveniendis captivis.

SS. Vvinocus Ab. & Suvibertus E. præcipuam in patrandis miraculis gloriam tulere.

Venerabilis Beda, & S. Ludgerus nonnulla hujus ævi miracula memorant . *Schif.*

12 *Schismata, Contentiones, Abusus.*

Schisma ob Theophilactum contra Paulum electum 757.

Constantinus, nec dum sacris initiatus, Paulo I. moriente eligitur, fratre Duœ Nepesino Romam cum exercitu ingresso 767.

Vitiza Hispaniæ Rex sibi subjectos Episcopos à Rom. Pontificis auctoritate femovet.

Leo III. à Romanis injuriosè tractatur, sed in Carolo Magno præsidium invenit.

13 *Hæretici.*

Agonyclitæ, Christiano-categori.

Leo Isaurius Imper. sacrarum cultum Imaginum, veluti ex Ethnicorum errore natum, omni vi admissus est tollere, quæ res ei cognomen Iconomachi dedit 723. Iconoclastæ.

Aldebertus Gallus, Clemens Scotus, Pauliciani, sive Atingani.

Felix Virgilitanus, & Elipandus,

Albanenses, quorum propago Bagnolenses, qui Albanensium erroribus alios addidere.

14 *Imperatores Romanorum.*

REGES ITALIÆ

IMP. ORIENTIS.

LONGOBARDI.

24 Luitpertus ad 704. 1

25 Ragumpertus M. 3

26 Arripertus II. ad

712. 8

27 Ansprandus M. 3

28 Luitprandus ad

744. 31

23 Justinianus II. iterum

ad 711. 7

24 Philippicus ad 712. 1

25 Anatafius II. ad

715. 3

26 Theodosius III. ad

716. 1

29 Hil-

29 Hilprandus 736. M. 7 <i>Unà cum Luitprando</i>	27 Leo III. Isauricus ad 741. 24
30 Rachisius ad 756. 6	28 Constantin. VI. Co- pronum ad 775. 34
31 Aistulphus ad 756. 6	29 Leo IV. vulgò III, ad 780. 5
32 Desiderius cum f. Adalgiso ad 774. 18 <i>Victo Desiderio</i>	30 Constantinus VII. cum Irene ad 790. 10 Idem solus ad 797. 7 Irene sola ad 802. 5 <i>Saracenis tributum pendit.</i>
33 Carolus Magnus ad 800. 26	
IMPER. OCCIDENTIS <i>Restituitur 800.</i>	
1 Carolus Magnus ad 814. 14	
<i>A Leone III. R. Pont. dictus.</i>	

R. Imperii, & Italia vices; Republica; Principes

15

Sardinia post domitam Hispaniam à Saracenis subacta.

Etruriæ Duces, Longobardis regnantibus, mox post Carolum Magnum rerum potitum dicti ple-
rumque Comites, aut Marchiones, Lucæ sedere
consueverant. *Florentinus in Matbild.*

Aistulphus Rex Longobardorum Ravenna po-
titus, cæterisque Exarchatus oppidis in suam di-
tionem redactis, huic Magistratui finem imponit
752.

81

Pipinus fil. Caroli ab anno 781. ad 810. R. Italiae

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

Aripertus II. Longobardorum Rex Alpes Cot-
tias Rom. Pontifici donat 704.

Romani, aliique Italiae populi à Leonis Isauri
Sacro

Sacro anathemate percussi, Imperio abrupti, sponte Gregorio II. Rom. Pontifici parere incipiunt 730.

Pipinus Francorum Rex Exarchatum, & Pentapolim Sedi Apost. donat 755.

Carolus Magnus Pipini patris donationem cumulat, adjectis Corsica, Sardinia, Sicilia, Benevento, Spoletino, & Tusco Ducatu 774.

Anglia primo 740. mox pluries, Gallia 782 Rom. Ecclesie fit vestigialis.

17

Reges Gallia.

Dagobertus III. ad 715. 4

Chilpericus II. ad 720. 4

Theodoricus III. ad 737. 17

Interregnum 6. annorum.

Childericus III. ad 751. 15

Merovingiorum ultimus in Monasterium detruditur cum filio Theodorico.

CAROLINI REGES

Auctoritate Zacharia Papa succedunt 752.

Pipinus Brevis ad 768. 16

Carolus Magnus ad 814. 46

Primus de Francis Imperator 800.

18

Hispania Reges.

Vitiza ad 711. 10

Rodericus ad 712. 2

Mauri 713. Hispania subacta, rem Gothicam in plura regna distrahunt.

Pelagius à 717. ad 737. 20

E regio sanguine regnat Oveti in Asturia.

Garzia Aynsa Rex Suprarbiensis 724.

Legio.

<i>Legionense Regnum.</i>	737.	
Favila ad	739.	2
Alphonfus I. Catholicus ad	757.	18
Froila ad	768.	11
Aurelius ad	774.	6
Silo ad	783.	9
Maurogatus ad	789.	6
<i>Mauris annum puellarum tributum pendit.</i>		
Veremundus Diaconus ad	791.	3
Alphonfus II. Castus ad	842.	52

*Aliorum per Europam Regnorum, & Principatumum
initia, & vices.* 19

Post Cracum II. & Lecchum Craci I. filios,
Vanda imperat in Polonia usque ad 760. Post Van-
dam XII. iterum Palatini, quibus tres Lecchi
succedunt, ac deinde postremi filius Popielus.

Hunni reduces iterum Pannonia potiuntur 744.

Carolus Magnus victo Vitiloni Bavarix Duci
Tassilonem II. substituit, mox hunc rebellem in
Monasterium detrudit, ac ipse Regem se Bava-
rix dicit 788.

Flandria antea inculta fit Comitatus 792.

Bjornus III. Christianorum I. in Svecia Rex
800.

Initia, vicissitudines Regnorum extra Europam. 20

Ulit Saracenicæ dominationis fines latius ex-
tendit, & Imperii sedem iterum figit Damasci.

Saracenis Haly, sectatoribus impellentibus, Mau-
rofores Chorazami dominos occidunt, Marvanum
Calipham cædunt 752.

Indè sub Muhamad Abubalas Saracenorum
Impe-

Imperium in tres partes dividitur, quarum primam Abubalas tenuit in Perfide, Salim Ægypto præfuit, & Abdalla Syriæ.

Hinc stirps Bilæ apud Perfes celebris.

Arrakid Bila, five Aaron Carolo Magno amicus.

Bella clariora.

21

Saraceni in Hispania 713. Indè bella aduersus eos Pelagii, Alphonfi I. Froilæ I. Veremundi I. Alphonfi Casti Regum integro ferè sæculo, & plerumque prospere gesta.

In Gallia bella Civilia Carolo Martello victore; mox eijusdem contra Saracenos.

Pipini contra Saxones, Aquitanos, & Longobardos bella.

Caroli Magni contra Longobardos in Italia, contra Saracenos in Hispania, & Saxones in Germania arma felicia. *Quæ de rebus contra Anglos gestis narrantur, comentitia censentur.*

22

Prælia, & Bellorum euentus celeberrimi.

Saracenis cum Roderico Hispano confligentibus 700. hominum millia utrinque cadunt 713.

Cum Solimano Saraceno 300. hominum millia frustra Constantinopolim tentant 715.

A Carolo Martello Franciæ Principe, Saracenorum 375. millia uno prælio cæsa 732.

Carolus Magnus Saxones immensis cladibus afficit.

Saracenorum 700. millia ab Alphonso Casto mactata pluribus præliis.

Belli

Belli Duces Nobiliores .

23

Carolus Martellus, Caroli Magni Avus, cui ob res è re Christiana feliciter gestas à Gregorio III. Christianissimi titulus datus est .

Pipinus Caroli Magni pater Gallix Rex .

Carolus verè Magnus Imperator, & Bellator .

Rolandus, quem Itali corrupta voce Orlandum appellant, sub Carolo Magno .

Pelagius è Regio Gothorum sanguine Cantabri Comitis fil. Hispanix restitutor .

Azer, cujus virtute Aragoes Maurorum jugum excussere .

Alphonfus Castus Rex Ovetensis .

Casus tragici, Calamitates publica.

24

Aripertus Longobardorum Rex, ingenti accepta ab hostibus clade, fugiens, in trajectu amissis auro degravatus, mergitur 712.

Artemius in Sicilia dictus Imperator, crematur 718.

Pestis sævissima in Thracia, vicinisque Provinciis furit.

Copronymi classis navium 1660. fluctibus hausta 732.

Constantinus Pseudopatriarcha C. P. inter opprobria trucidatur 767.

Constantinus Imper. ab Irene matre excæcatur 797.

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

25

Tanta Solis Eclypsis, ut Stellæ in die appaerent 3. JUNI 718.

Scu-

Scutum nigerrimum in Orbe Solari 733.

Pluvia cineris in Oriente 744.

Tenebræ horrendæ per Orientem à 4. Augusti ad Kal. Octobris 746.

Prodigiosi terræmotus in Oriente, & pestis triennis 746.

Tanta fuit hyemis sævitia, vt Pontus Euxinus gelu coalesceret, & à Danubio ad Euphratem usque regiones continua glacie connecterentur 764.

Constantino à matre Irene excæcato, Sol per dies 17. visus est latere *Theophil. & alii.*

26

Res memorabiles, siue sacra, siue profana.

Gregorius III. Luitprandum Longobardorum Regem, suum petentem caput, ultrò adit: ille verecundia supplicis Rom. Pontificis se se ad ejus pedes abjicit 739.

Rachisio Longobardorum Regi Perusinos obsidenti Zacharias Pontifex cœlestis Numinis iram intentat. Ille subita religione perfusus, obsidionem solvit, sequè cum uxore, & filia consecrat Deo 750.

Cùm Leo IV. Imper. coronam auream gemisque insignem ex Æde S. Sophiae sacrilegè raptam capiti imposuisset suo, statim pestifera correptus febris miserè interiit.

27

Schola, Academia, literarum incrementa, & detrimenta.

Balbaricensis Acad. in Arabia ad Medicinam, Astrolog. & Philos. 713.

Eboraci publicum Sacrarum literarum studium instituit S. Egbertus 761. Osna-

Osnaburgensis, Papiensis, & Patavina Academia à Carolo Magno instituta; Bononiensis renovata.

Academia Athenis Romam attracta, Lutetiam à Carolo Magno translata opera quatuor Monachorum, Rabani, Alcuini, Claudii, & Joannis Scoti, Bedæ discipulorum 791.

Leo Isauricus magno literarum detrimento triginta voluminum millia C. P. Bibliothecæ cum duodecim doctissimis eorum Custodibus plusquam barbarè flammis absumit. 716.

Theologia positiva.

28

S. Anthelmus, sive Adelmus E. Adamannus Ab. Scotus. S. Gregor. II. Papa, S. Andreas Cretenfis E. S. Germanus Patriarcha Constantin. Venerabilis Beda obiit 735.

S. Joannes Damascenus, Chrodegandus E. Ambrosius Autpertus, Dacrianus. *Malè hic à nonnullis locatur Antonius ab opere, quod contexvit, dictus Melissa, quarendus saculo 12.*

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

29

Vvilfridus Ripanensis, S. Germanus Patriarch. C. P. Sed operis contra hæreses vix superest fragmentum.

S. Joannes Damascenus, præter alia, omnium primus Theologiam recto ordine comprehendit. *Bellarmin.*

Anastasius Ab. Judæos libello exagitavit.

Beatus Abbas, & Etherius Vxamenfis.

Hadrianus I. Pontif. Rom.

S. Pauli I. Epist. supposit.

R

Li-

Liber de Divinis Officiis, qui Alcuino tribuitur, farrago videtur ex pluribus collecta.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

Theodorus Cantuariensis auctor Pœnitentialis. *Vide Oudin.*

Cùm Justinianus Civilem doctrinam instaurasset, vetuit ne cui de Jure scribere deinceps liceret.

Quare Romana Jura scriptores Interpretes per plura sæcula non habuere.

Apud Hebræos florere primi Talmudi Interpretes.

Capitula selecta Canonum Hibernensium apud Dachery. tom. II.

Hadrianus Papa; Angliramnus E. Isidorus Mercator, Canones colligunt.

Carolus M. leges Boicas novis tabulis auget 788.

31

Philosophia

Artvillus nobilissimi reguli in Scotia filius, sed arcanae Philosophiæ cognitione nobilior. *Leslaus.*

Beda Philosophiæ libros 4. scripsit. *Extant in tom. 2. oper.*

Alcuinus Flaccus, & Joannes Scotus Bedæ discipuli Philosophiam in Academia Parisiensi professi sunt, & inde in omnem ferè Europam propagata est.

Arabibus five Mauris Hispaniam occupantibus, Alchimæ disciplina in reliquos Europeos transit. *Voss.*

Medi-

Medicina.

32

Aegidius Atheniensis Medicus, & Philosophus nobilis, D. Benedicti Sectator egregius.

Arabes in Academia Balbaricensi utilem Medicinæ instaurandæ dant operam.

Joannes Serapionis filius inter medicos celebratur. *Gaulterius in Tab. Chronogr. transfert ad sæculum XI. cum Genebrardo.*

Mathematica.

33

Hebdius Monachus cognomento Stephanus, Musicus insignis teste Beda.

Beda Venerabilis Syderum etiam scientia claruit.

Hemoaldus cognomento Providus Bedæ familiaris.

Flaccus Albinus Astrologus Bedæ discipulus.

Jacebant hoc ævo apud Europæos Mathematicæ disciplinæ, quibus interim erigendis in Asia Arabes operam dabant.

Historia, & Chronologia.

34

Theophanes Byzantinus, Adamnanus seu Adamannus Scotus.

Venerabilis Beda Anglorum scripsit Historiam & Martyrologium; sed supposititium est, quod inter ejus opera circumfertur: genuinum edidere non ita pridem PP. Bollandi continvatores in tom. 2 Martii.

Hebdius cognomento Stephanus.

S. Marcellinus Presbyter, Isidorus Pacensis E.

Gregorius Amartolus Tarasii Patriarchæ Syn-
cellus.

Paulus Diaconus Varnefridi filius.

35

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

S. Adelmus, & Iglacus Rhet. & Poet.

Tatuvimus, Gūbertus, Magefeus, Mordacus
Scotus. Poetæ.

In Bedæ celebri Epitaphio (si hoc ævo scriptum
est) *Hæc sunt in fossa Beda Venerabilis ossa; Rhyt-*
mici carminis initium agnoscimus.

Carolus M. Hadriani I. Pontif. sepulchrum
carminibus decoravit.

Hymnos cum laude scripsere Paulus Diaco-
nus Vvarnefridi f. & S. Cosmas Hierosolym. Ma-
jumæ E.

Rabanus Maurus, & Hilduinus ad IX. Robertus
R. Gallia, S. Odilo, & B. Petr. Damiani ad XI.
saeculum ex X. revocentur.

36

Philologia, & Grammatica.

Beda Venerabilis, ejusque discipulus Alcuinus
Grammatica scribunt. *Vossius.*

Hoc, & sequenti saeculo insignis erat nomencla-
tura Grammaticum appellari. Angelus à Nuce in
Notis ad Osiens.

Monachi Byzantio à Copronymo pulsi, Romæ
à Stephano III. locantur in Monasterio, quod ab
illis, Græcam linguam instaurantibus, Græcæ Scho-
læ nomen invenit. *Mss.*

Carolus Magnus Roma Latinos Grammaticos
in Galliam vocat. *Ex Vita.*

Vvalid Saracenorum Calipha prohibet Græcè
quid

quid literis consignari, vultque omnia Arabicè scribi. *Miscell.*

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Qui putant hoc sæculo inductas ferreas equorum soleas, procul dubio censentur errare, ut eruditè suo more docet Fabrettus in Syntagmate ad Colum. Trajani.

Constantinus Copronymus Pipino Regi Organa in Galliis non ante visa dono mittit 757. *Sigebertus.*

Zacharias Hierosolymit. Regis legatus Carolo Magno S. Sepulchri, Calvariaë, & Oliveti claves cum vexillo defert 800. *Eginarth. in Vita.*

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria.

38

Ovetensis civitas in Hispania 760.

Viterbium à Luitprando Longobardorum Rege vel ædificatur, vel saltem mœnibus cingitur.

Casinense Monasterium à Petronace 720. cœptum instaurari, ad eam amplitudinem, & opes excrescit, quibus postea floruit.

Pons super Rhenum Caroli M. opus decennale.

Templum D. Petri in Cælo aureo à Luitprando Ticini conditum, & opulentissimis auctum donariis, in quo D. Augustini corpus collocavit.

Architecti nobiles; Architectura Romana vices

39

Gregorius III. reficit Urbis muros.

Templum Ss. Petri, & Marcellini nova molitione erigit.

Carolo Magno regnante, visa est reflorescere

Architectura, & eum ædificandi modum tenere, quem, Gallieno imperante, usurparant Architecti. *Ciampinus loc. cit.*

Hadrianus I. muros Urbis magnis impensis reficit, vetera plura ædificia restaurat, nova condit.

Idem Confessionem, ut ajunt, D. Petri, totam solido auro, Altare autem illi impositum, & parietes dextra, levaque argento contexit.

40

Pictura, Statuaria, earumque Romæ vices.

Furentibus in Sacras imagines Iconomachis, Pictura, & Statuaria magnum accipiunt detrimentum.

Hoc sæculo Altarium vestes Divorum imaginibus ornari cœpere, ut liquet ex Anast. in vita Gregorii III. Zachariæ, & Hadriani I.

Quamvis Apostolorum imagines in Odæo S. Pudencianæ, Hadriano I. sedente, tessellis pictæ, rudem ejus ævi artem ostendant; Puffinus magni nominis pictor sedentis inter eos Servatoris majestatem contemplari sæpè, & laudare solebat.




SÆCULUM IX.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

99	Stephanus IV. Rom. à 816. ad 817.	0	7	I
100	S. Paschalis Rom. à 817. ad 824.	7	4	
101	Eugenius II. Rom. à 824. ad 827.	3	3	
102	Valentinus Rom. 827.	D.	40	
103	Gregorius IV. à 828. ad 844.	16	0	
104	Sergius II. Rom. à 844. ad 847.	3	0	
105	S. Leo IV. Rom. à 847. ad 855.	8	3	
106	Benedictus III. Rom. à 855. ad 858.	2	6	
107	S. Nicolaus Rom. à 858. ad 867.	9	8	
108	Hadrianus II. Rom. à 867. ad 872.	5	0	
109	Joannes VIII. Rom. à 872. ad 882.	10	0	
110	Marinus, seu Martinus II. Galefinus à 882. ad 884.	1	2	
111	Hadrianus III. Rom. à 884. ad 885.	1	4	
112	Stephanus V. Rom. à 885. ad 891.	6	0	
113	Formosus Portuensis à 891. ad 896.	4	7	
114	Bonifacius VI. Rom. 896.	D.	15	
115	Stephanus VI. Rom. à 896. ad 897.	1	3	
116	Romanus Faliscus à 897. ad 898.	0	5	
117	Theodorus II. Rom. 898.	D.	10	
118	Ioannes IX. Tiburtinus à 898. ad 900.	2	0	

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversia.*

Ludovicus II. Imper. in Epist. ab Basilium Ori-
entis Imper. fatetur, eos tantum dicendos Impe-
rator-

ratores, quos R. Pontifex Oleo Sancto perfuderit.

Ineptissimam de Joanna Papissa tabellam, obstetricante Mariano Scoto natam, studiosè foverunt Novatores, feliciter confutarunt Orthodoxi, quos inter videndi Allatius, & Labbeus.

Formosi cadaver effossum, & Pontificalibus exutum insignibus, cum prophano habitu projectum in Tyberim narrant Scriptores, & plures, & probatiores.

3

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

Carolus Magnus inter filios regna partitus Romano Pontifici testamentum subscribendum mittit.

S. Theodorus Studita in *Epist.* ad Leonem III. Summum Patrem, & Archipastorem Ecclesiæ, quæ sub Cælis est appellat 809.

Ludovicus II. Imper. Sergii II. pedibus osculum obtulit.

Petrus universam administrare Ecclesiam perpetua successione jubetur. *S. Nicol. I. Epist. ad Michael. Imper.*

4

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & vices.*

Lotarius I. amotis iis, quibus jus suffragii non erat, à Comitibus Pontificiis turbas arcet, jubetque iis, vel Regem, vel ejus Legatum interesse.

Leo IV. Reges, & Cæsares sacris Comitibus immisceri vetat.

Nicolaus I. aureo circulo Thiam exornat.

Joannes VIII. Cardinalium jura primus evulgat.

Cru-

Crucis gestatio ante Romanum Pontificem, vel inducta, vel illustrior reddita.

In fine hujus sæculi nullus amplius Catholicus Episcopus Papæ nomine uti solebat, propriumque censebatur Rom. Pontificis. *Baron.*

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

Saraceni ab an. 812. ad 852. Ecclesiam in Hispania, & Oriente vexant.

Bulgari Orientalem Ecclesiam valde affligunt 813. Leo Armenus furit in Orthodoxos.

Monachi 900. à Monasterio S. Vincentii ad Vulturum à Saracenis pro Christo cæsi 880. Perperam hoc Monasterium à Bucelino locatur in Gallia.

Dani in Anglia, & Scotia plures pro Christo trucidant.

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Altinense 802. Cloveshovienſe 803. Constantinopolitana RR. 809. 814. 858. 859. 879. falsò dictum G. VIII. Aquisgranensia 809. 816. 817. 836. 842. 862. Moguntiacum, Remense, Turonense, Cabilonense, Arelatense 813. Ad Theodonis villam 814. 835. 844. Noviodunense 814. Inghelheimense 817. Attiniacensia 822. 870. Parisiensia R. 824. 829. 846. 847. Romana 826. 853. 861. 863. 863. 864. 865. 868. 879. 879. 881. R. 897. Compendiense 833. Metensia 835. 838. RR. 863. 869. 893. Lugdunense 836. Cabilonensia 839. 894. Lauriacense 843. Vernense 844. Bellovacense, & Meldense 845. Moguntiacum 847. 848. 857. 888. Turonense 849. Ticinensia 850. 855. 876. Cordubense R. 852.

852. Sveffionensia R. 853. 866. Valeniinum 855. Criffiacum 856. Tullensia 859. 860. Confluentinum 860. Sablonense 862. Sylvanectense. 863. Trecensia 868. 878. Constantinopolitanum IV. Gen. VIII. 869. Vermeriense 869. Coloniensia 870. 887. Duziacensia R. 871. 874. Pontigonense 876. Neuftriense, & Ravennense 877. Remensia 879. 892. Ad S. Macram 881. Viennense in Gallia 892. Triburiense 895.

7 *Sanctitate clari in utroque sexu.*

S. Ludgerus E. 809. S. Plato Ab. 812. S. Benedictus Ab. Anianensis 821. S. Nicephorus Patriarch. C. P. 828. S. Fridericus E. Trajectensis M. 838. S. Ansharius E. 865.

S. Ebba, postquam se cum Sociis Monasterii Virginibus ad tutelam virginitatis donasset, sanctissimè obiit.

S. Eadmundus R. Angliæ passus horrenda, & S. Ignatius Patriarch. C. P. 870. S. Rembertus E. 888.

S. Theosthiste Virgo planè mirabilis, de qua Card. Baronius 902.

8

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

Harioltus Danorum R. cum pluribus è suis Baptismo lustratur 826. & Bogoris Bulgarorum Princeps 845.

Sclavi Dalmatiæ incolæ cum Sueropilo R. ad Christum adjuncti.

SS. Ansharius, & Rembertus Svecos, S. Radbodus Frisios Christo lucentur.

Basilius Macedo per egregiæ sanctitatis Episcopum Prussos ad Christum traducit. Go-

Gothofredus Nortmannus cum tota sua gente fit Christianus sub Carolo Craïso.

Sacri Ritus inducti, antiquati.

9

Leone III. sedente locus honoratior habita est dextera locandis sacris imaginibus : mox iterum sinistra .

Falsò adscribitur Eugenio II. examen per frigidam . *Papebroch.*

Prosæ Ecclesiasticæ sub Sacrum canendæ 840.

Festum omnium Sanctorum à Gregorio IV.

Palmarum benedictæ à Joanne VIII. ad Carolum Calvum missæ, victoriæ omen 877.

Idem rogante Moravorum Apostolo Methodio, Slavonicæ linguæ usum permittit in Sacris 880.

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

10

Post visam decussatam in Cælo Crucem Scoti, & Picti Anglos memorabili prælio cædunt. Inde initium cœpit singularis apud Scotos S. Andreae cultus, militari per Achaium R. Ordine instituto. *Leslaur, & Buchanan.*

Lotharius I. Imper. Monachus in Monasterio Prumiensi 855.

Puerorum per parentes in Monasteriis oblatio displicere cœpit, & aboleri.

Monasteria Clericis, imò & Laicis à Ludovico Pio Imper. primò commendata.

Hoc sæculo primùm Monachis data facultas Sacramentales criminum confessiones excipiendi. *Schelestrat. in Antioch. Concil. fusè, & eruditè.*

II

Miracula.

S. Jacobus Apoll. ex equo candido militans in acie pro Ramiro Legionis R. ab exercitu conspicitur.

Caradignæ in Hispania pavementum, sub quo sepulti 200. Monachi à Saracenis cæsi 848.6. Augusti, qua die contigit cædes, quotannis sanguineo sudore madet.

Miraculis sæculum illustrarunt SS. Ansharius, Eulogius, Rembertus EE.

Testes miraculorum habemus Rembertum, & Bavonem EE. cum Thegano.

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

Synodus Paris. 829. execratur audaciam mulierum, quæ in quibusdam Galliæ provinciis ausæ fuerant Sacramenta populis ministrare.

Schisma adversus Eugenium II. 824. contra Benedictum III. 855. contra Formosum 891.

Joannes VIII. nimis indulgens, Apostolicæ severitatis vim primus infregit; unde plurima in Ecclesiam mala fluxere, & nota de Papissa fabula. *Baron.*

Schisma inter Sergium III., & Joannem IX. 897.

Bonifatius Antip. pulsus per Stephanum VII. 897.

13

Hæretici.

Claudius Taurinensis Felicis Urgelitani discipulus.

Theoda Pseudoproph. quæ sibi notum extremi Judicii diem jactabat. Gode-

Godescalcus Prædestinationorum instaurator.
 Leo Armenus Sacrarum Imaginum cultui bel-
 ni atrox indicit 814.
 Photius Græcorum Schismaticorum antesigna-
 s Pseudopat. C. P.
 Joannes Scotus cum sociis Fredevardo, & Ber-
 amo, quos aliqui Sacramentariorum præcurso-
 s appellant.

Imperatores Romanorum.

14

OCCIDENTIS		ORIENTIS.	
Ludovicus Pius ad 840.	26	31 Nicephorus ad 811.	9
Lotharius I. ad 855.	15	Cum filio Staura- tio ab 804. ad 811.	
Ludovicus II. ad 875.	20	32 Michael I. Curo- pal. ad 813.	2
Carolus Calvus ad 877.	2	33 Leo V. Arme- nus ad 820.	7
Ludovicus III. Balbus ad 879.	2	34 Michael II. Bal- bus ad 829.	9
<i>Vacat Imper. ad 881.</i>		35 Theophilus ad 842.	12
Carolus Crassus ad 888.	7	36 Michael III. cum Theodora ad 855.	12
<i>Vacat Imper. ad 892.</i>		Solus matre pul- sa ad 867.	12
Vido Spoleti Dux ad 894.	3	37 Basilius Macedo- ad 886.	18
Lambertus cum Patre ab 893. ad 910.	17	38 Leo IV. Sapiens ad 911.	25
Arnulphus ab 896. ad 899.	4		
<i>Simul cum Lamberto</i>			

R. Im.

15 *R. Imperii, & Italia vices; Respublica; Principes*

Sub initium sæculi Ademarum Genuæ Comes. Bernardo Caroli Magni Nepote mortuo, Regnum Italiæ Imperio jungitur 818.

Salernitani, & Capuani Principatus initia, Lothario I. imperante.

Saraceni Gariliani arce donati, multis circum oppidis potiuntur.

Carolo Crasso extincto, sive Cæsares, sive Reges usque ad Othonem I. Germaniæ Regem, certasse potius in Italia, quàm imperasse visi sunt.

Sigifredus ex Longobardis Etruriæ Principibus pater Atonis, avus Sigeberti, quem postea 967. Otho I. Atestis Marchionem dixit.

16 *Roma vices; Pontificis Patrimonium, & Ditio.*

Ludovicus Pius Imperator avi Pipini, & Caroli patris donationes confirmat, easque Romæ, aliarumque Urbium, & Oppidorum accessione amplificat 815.

Salomon minoris Britannia Rex annum denarium à singulis regni sui familiis Romanæ Ecclesiæ solvi jubet 869.

Joannes VIII. Saracenis Urbi minitantibus tributum pendere cogitur 877.

Sæculo inclinante, memorantur primò Tusculani Comites per duo deinceps sæcula Rom. Pontificibus plerumque infesti.

17 *Reges Gallia.*

Ludovicus Pius Imper. ad 840. 26

Carolus Calvus Imper. ad 877. 38

Lu-

Ludovicus II. Balbus ad 879.	2
<i>Boso Comes coronatur Rex Burgundia, & Provincia. Hinc Regnum Arelatense 879.</i>	
<i>Andegavensium Comitum Origo 880.</i>	
Ludovicus III. ad 882.	4
Carolomannus cum fr. & solus ad 884.	6
Carolus II. Crassus Imper. ad 888.	6
<i>Regnare capit à morte Ludovici III.</i>	
Odo, seu Eudes Tutoris nomine ad 898.	10
Carolus III. Simplex ad 923.	25
<i>Filius Ludovici II.</i>	

Hispania Reges.

18

Alphonsus abstinens ab uxore, Casti cognomen invenit.

Castella Comes Ovetensi Regi parebat.

Enecus I. Navarra Rex 819.

Ramirus I. ad 850.

8

Ordonius ad 865.

16

Garcias II. ducta Uraca, Navarra Regno Aragoniam jungit 867.

Alphonsus III. Magnus ad 910.

44

Godefridus de Arria Comes Barcinonensis à Carolo Crasso institutus.

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatum initia, & vices.

19

Carolus Magnus, Saxonibus victis Vvitikindum Ducem imponit 804.

Egebertus Angliæ universæ Rex I. moritur 837. Sivardus II. Daniæ Rex à Ludovico Pio Frisiam accipit.

In Polonia post interregnum 20. annorum, eligitur Piaſtus Dux gentis 842. Pi-

Pictorum gens universa cum regno deleta à Kenneto Scotor. Rege 850.

Austrasia à Lothario R. Lotharingia dicitur. Polæmon Dux I. Lithuanix 900.

Ingo Suecorum Rex Ruthenos, & Moschos suæ ditionis facit 900.

Ragusei, pulso Demejano tyranno, Venetorum ope, ab his per aliquot annos annum Prætorem admittunt. *Ubero l. 5.*

20

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

Abuezar Matacem inter Saracenos illustris, ut pote qui, octo Regibus domitis, principes eorum urbes victor expugnavit.

Creta à Saracenis occupatur 822.

Jacob-Leys celebris apud Saracenos Persas regnat. *Post hunc diù silet Persarum historia.*

Celeberrimi erant hoc sæculo Babylonius, seu Baldacensis, & Ægyptius Calipha. *Hæc Arabica voce, qua Successorem, vel Hæredem significat, nempe Mahometis, primò appellatus est. supremus Saracenum Princeps, mox & alii minores.*

21

Bella claviora.

Dani Anglis molesti in Britannia.

Carolus Magnus bellum Saxonicum conficit, quod annos 33. duraverat.

Græci Cæsares contra Bulgaros bellum habent varia fortuna.

In Francia, & Germania bellum civile filiorum contra Ludovicum Pium, & postea inter se.

Nortmanni egressi è Dania 836. Galliam invadunt.

Sara-

Saraceni in Italia , & Hispania bellis furunt.
 Bella de Imperio certantium in Italia usque
 ad Othonem I. Imperat.

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi .

22

Pipinus Caroli Magni filius Venetorum prius
 victor , mox ab iisdem victus Ravennam migrat
 inglorius 811.

Celeberrima apud Scotos Kennethi Regis
 victoria , qua Pictorum gens cum Rege
 Druskeno ad Taum fluvium penè deleta 838.
Bæth. Leslaus.

Ramirus I. Legionis Rex , cæsis ad Clavigium
 sexaginta Maurorum millibus, Alveldam, & Ca-
 lagurriam ipsiis eripit 846.

Arnulphus Germaniæ Rex Romam diù fru-
 stra oppugnatam, per occasionem leporis fortè in
 eam refugientis capit. *Sigebertus. & alii.*

Belli Duces nobiliores

23

Enechus cognomento Arista belli operibus in-
 gens I. Navarræ Rex .

Bonifacius Comes è progenitoribus Mathildis
 Comitissæ , rebus in Cosica gestis, inclytus .

Regnerus Rex, amorum , & rerum gestarum
 similitudine Danorum Hercules .

Robertus Fortis sui sæculi Machabæus apud
 Gallos 866.

Vido III. Spoleti Dux , & Imperator.

Andreas Romani exercitus Dux , à quo cæsi
 Saraceni ad Padum 886.

Atto, seu Actius Mathildis Comit. proavus, bel-
 lo per ea tempora clarus. *Floren.*

S

Casus

Res memorabiles, sive sacra sive profana.

26

Crannus Nicephori Cæsaris cæsi calvariam
vertit in craterem 811.

Carolus Magnus, quidquid moriens in thesau-
ris habuit, pauperibus, & sacris Ædibus lega-
tum voluit.

Basilus Macedo quoties judiciis vacaret, per
præcones populo denunciabat, adesse Augustum
ejusope, & opera uti volentibus.

Trebellius filium, cui Monachum induens
Bulgaricæ regnum reliquerat, effosis oculis in-
cussodiam tradit, quia populos ad falsorum Nu-
minum cultum revocabat 880.

*Schola, Academia, Literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

In Dania, & Suecia primus Scholas aperit S.
Ansgarius 831.

Scholæ Constantinopolitanæ per Bardam resti-
tuta 859.

Oxonienfis Academia in Anglia 871.

Fulco E. Scholæ Remis instaurat.

Carolus Calvus in Europa, Maimon, Sarace-
norum Amiras in Asia, egregii literatorum
Mecænates.

Ludovicus Pius jubet Monachos, imò, & Mo-
niales describendis veterum libris addici. *Aven-
tinus.*

Michael Balbus, ne pueros se doctiores cerne-
ret, erudiri literis vetuit.

28

Theologia positiva.

Aponius, Albinus Flaccus, sive Alcuinus.
 Claudius Scotus, Halitgarius E. Agobardus E.
 Amalarius Fortunatus, Jonas Aurelianus. E. S.
 Theodorus Studites Ab., Rabanus Maurus F.,
 Strabus Fuldensis. S. Eulogius Martyr, S. Metho-
 dius Patriarcha C. P. Haymo Halberstaden-
 sis, Druthmarus, Angelinus, Michael Syncel-
 lus, Vvalafridus Strabo Ab. Hincmarus Remens.
 E. Vereimbertus Cariensis E.

Remigius Antifiodor. scholas Remis restituit
 à Fulcone Archiep. vocatus, S. Odonem postea
 Cluniacensem Abb. erudit.

29

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

Dungallus Diacon S. Methodius Patriarc. C. P.
 Amalarius. Fortunatus, Paulinus Aquilejens.
 Paschasius, Ratbertus Ab. Jonas Aurelian. E. Ama-
 larius Metensis. S. Theodorus Studites, S. Eulogius
 E. & M. Nicephorus Patr. C. P. Agobardus E.
 Amolo Diac. Hincmarus Remens. Lupus Serva-
 tus, Ratramnus Corbejensis, S. Remigius Lug-
 dun. Theodorus Abucara.

Formosi Papæ Epistola supposititia.

Stephani VI. Epistolam ad Selvam &c. vel
 supposititiam, vel interpolatam consent. eruditi.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legum latores.

Calorus M. Gallis, Italis, Germanis leges tulit,
 quæ Capitularibus continentur. Hinc apud Italos
 Jus Francicum.

Ansegisus Ab. Capitularia Caroli M. & Ludo-
 vici

vici Pii collegit, quibus paulo post non pauca
Benedictus Diaconus adiecit 845.

Photius C. P. edit Nomocanonem, Isaac Bonus
Collectionem Canonum adornavit.

Flori Lugdunensis Collectanea Canonum circa
860. *Dashery Tom. 2.*

Kennetus Regnum Scotorum à se auctum no-
vis legibus temperat.

Philosophia

32

Claudius Scotus Bedæ discipulus, Alcuini
Socius.

Alfredus Rex Anglorum omni doctrinarum
genere excultissimus, qui diei, noctisque horas
ita dividebat, ut octo primas in lectione, scriptione,
& meditatione, octo sequentes in regni administra-
tione; postremas denique poneret in corporis cura.
Gaulter.

Michael Psellus Leonis Imper. præceptor. Jo-
annes Scotus Eriugena Philos., & Math.

Hincmarus E. Remensis egregia dedit Regibus
Philosophiæ præcepta.

Nanno in aula Caroli Simplicis Philos. nobilis.

Medicina.

32

Mirum est post Carolum Magnum, qui facul-
tates omnes vel exules revocavit, vel jacentes
erexit, nullum inter medicos celebrari.

Vitatissimam hoc sæculo medendi rationem fuis-
se per balnea suspicamus ex his, quæ sæculi
Scriptores prodidere.

33

Mathematica.

Carolus Magn. Abdalla Rex Persarum, Alfredus Angliæ, Maimones Calipha Baylon. cujus jussu Almagestum Ptolemæi Arabicè redditum, Leo filius Basilii Macedonis Astrorum scientiam. adamarunt.

Dungallus reclusus Vvandelbertus Diacon, Nortgerus Musicus, Barlaamus Monach. Algebra clarus, Joannes Scotus Eringena, Geber, Hugbaldus Music. Albategnius, Massala, Albumasar, Alfraganus, seu Alferganus.

34

Historia, & Chronologia.

Carolus Magnus de Historia optimè meritis, subjectarum sibi gentium res gestas, nondum literis consignatas, diligenter scribi mandavit. *Krantzius.*

Ahytō E. Gildas Sarchorensis, Tilpinus, vulgò Turpinus fabulator potiùs, quàm historicus, Theophanes Ab. Nicephorus Patriarcha C. P. Theganus, Eginhardus, Anastasius Bibliothec. Nithardus Caroli M. nepos, Hilduinus Ab. Ferulphus Monach. Rabanus Maurus, Lupus Servatus Ab. Vvandelbertus, Florus Magister, Valafridus Strabo, Joannes Diaconus, Ufuardus, Ado Viennen. Petrus Siculus, malè à Baronio Lucas appellatus, Nicetas David Herempertus.

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

35

Epitaphium Bonifacio IV. scriptum sub Gregor. IV. docet jam tum Rhytmica carmina placuisse. *Videatur Papebroch. in Propyl.*

The-

Theodulphus E. Aurelian. donatus est a Ludovico Pio libertate, & infalis, poesis præcipuè merito, si vera sunt quæ aliqui scribunt.

Vandelbertus, cujus est metricum Martyrolog. Bedæ falsò adscriptum.

Hugbaldus Monach. scripsit in laudem Calviti ad Carolum Calvum carmina 300, quorum omnia verba incipiebant a lit. C.

Bristanus Groylandensis, Heiricius, Milo, Salomon E. Abo Poetæ.

Philologia, & Grammatica.

36

Photius Patr. Constantinop. Philologus eruditissimus, sed vir pessimus.

Paulinus E. Forojuhensis, & Joannes Scotus Eriugena. Smaragdus Ab. S. Michaelis. Grammat.

Rabanus Fuldenfis primus in Germaniam Græcæ literas invehit.

Caroli magni Nepotibus imperantibus, Gallicæ, & Italicæ linguæ principia notant plerique Scriptores apud Carolum Du Fresne in Præfat. ad Opus egregium de Vocab. mediæ ævi.

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Legati Persarum Regis Carolo Magno Planetarium horologium affabrè admodum constructum ferunt, quod ab Eginartha in ejus vita describitur.

Usus cognominum scribendorum apud Arabes coeptus, inde traductus ad Hispanos, eisque sæculo 10. frequentatus, ac denique ad Francos, Italosque traductus. *Henschen, tom. 7. Maii. Pag.*

793: 17

S 4

Vi-

Urbs Leonina Romanæ appendix à Leone IV. condita est.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.


40

Laudatur inter Pictores S. Lazarus Græcus Monachus, Sacrarum imaginum fortissimus propugnator.

Spectatur Romæ in Leoniano Triclinio Musivum opus, Leonis III. jussu pictum, peculiari opusculo illustratum ab Alemanno, mandante Francisco I. Card. Barberino.

Ejusdem ævi creduntur imagines in Odæo S. Praxedis sub Paschali I.

Angelorum argentea simulacra, eodem Leone jubente elaborata, ut Anastas. tradit, reviviscentem Romæ Statuariam videntur indicare.



SÆ

— SÆCULUM X. —

Christi Vicarii Romani Pontifices .

I

119	Benedictus IV. Rom. à 906. ad 904.	4	7
120	Leo V. Ardeatinus 904.	D.	40
121	Christophorus Rom. à 904. ad 905.	0	6
122	Sergius III. Rom. à 905. ad 912.	7	4
123	Anastafius III. Rom. à 912. ad 914.	2	3
124	Lando Eretanus à 914. ad 915.	0	5
125	Joannes X. Rom. à 915. ad 918.	13	2
126	Leo VI. Rom. à 918. ad 919.	0	7
127	Stephanus VII. Rom. à 919. ad 931.	1	2
128	Joannes XI. Rom. à 931. ad 936.	4	11
129	Leo VII. Rom. à 936. ad 939.	3	6
130	Stephanus VIII. Germanus à 939. ad 943.	3	5
131	Marinus II. seu III. Rom. à 943. ad 946.	3	6
132	Agapetus II. Rom. à 946. ad 956.	9	7
133	Joannes XII. Rom. à 956. ad 963.	7	8
134	Leo VIII. Rom. à 963. ad 964.	1	4
135	Benedictus V. Rom. à 964. ad 965.	0	11
136	Joannes XIII. Rom. à 965. ad 972.	6	11
137	Benedictus VI. Rom. à 972. ad 974.	1	6
138	Donus II. Rom. à 974. ad 975.	1	0
139	Benedictus VII. Rom. à 975. ad 984.	8	7
140	Joannes XIV. Papiensis à 984. ad 985.	0	8
141	Bonifacius VII. Rom. 985.	0	11

142	Joannes XV. Rom. à 986 ad 996.	10	9
143	Gregorius V. Saxo à 996. ad 999.	2	9

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversia.*

2

Joannes XII. à Rom. Synodo 963. Othone I. impellente, illegitimè fuit exauctoratus; ideoque illi subrogatus Leo VIII. Pseudopontifex habendus est. *Angel. à Nuce.*

Jus eligendi R. Pontificis, & Sacerdotia defendendi Othoni I. & Successoribus datum Leonis VIII. decreto falsò scripsit Sigebertus, à quo deceptus est Gratianus. *Baron. & alii.*

Septemviri, penes quos tantum esset Imperatoris eligendi potestas, post Gregorium V. videntur instituti. Ab eo tamen suffragii jus in eligendo Cæsare datum omnibus Germaniæ Principibus cum Car. Baronio libenter agnoscimus.

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

3

Concilia Cabilonense 915: Troslejana 921. & 927. Remense 995. à Gallis Episcopis habita, supremam R. Pontificis potestatem agnoscunt, & maximè reverentur.

Stultitiæ quodam elogio notandi sunt, qui illam Petri Sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec se fefellit, nec ab aliqua hæresi falli unquam potuit. *Regino Abb. in Chron. 865.*

S. Abbo Floriac. Abb. postea Martyr in Concil. Remensi 675. fortiter pugnat pro Romanæ Sedis potestate.

Pon-

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & uices.*

Octavianus Pontificatum adeptus, nomen primum immutat, diciturque Joannes XII. 956.

Septem Cardinales Episcopi singulis hebdomadis in Lateranensi Basilica Pontificis uices expleant. Unaquæque reliquarum Patriarchalium Basilicarum septem Presbyteros Cardinales assignatos numerat. Diaconi Card. Regionarii 12. Palatini 6.

Gregorius V. quamvis non Cardin. Pontifex renunciatur. Quod idem postea contigit in Victore II. Eugenio III. Urbano IV. Gregorio X. Cælestino V. Clemente V. Urbano VI.

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

Habdaragman. Saracen. Rex Christiano nomini infestus 923.

S. Eugenia Virgo Cordubæ 923.

S. Pelagius Regii sanguinis adolescens, fidei, & castitatis athleta 925.

Sæviunt in Christianos Bohemi 929.

S. Venceslaus Bohem. Dux, impia matre impellente, cæditur à fratre Boleslao 929.

S. Eduardus Anglorum R. novercæ insidiis cadit 978.

S. Adalbertus E. Pragensis Russorum Apostolus ab iisdem cæsus 997.

Cancilia Generalia, & Provincialia.

Ovetense 901. Romana 904. 949. 963. R. 964. 964. RR. 971. 983. 989. 993. 996. 998. Raven-
nensia

nensia 904. 967. 997. Sueffionensia 909. 941.
 Trosleiana 909. 921. 924. 927. Cabilonense 915.
 Confluentinum 922. Duisburgense 927. Erdfor-
 diense 932. Remensia 935. 975. 979. 981. R. 995.
 Narbonense 940. Constantinopolitana 944. R. 963.
 975. Virodunense 947. Asturicense 947. Moso-
 mensia 948. 995. Inghelimensia 948. 958. Tre-
 virensis 948. Augustanum 952. Meldense 962.
 Anglicanum 969. Mutinense 973. Ad Montem
 S. Mariæ in Gallia 973. Vvincestrense 975. Vvin-
 toniense 975. Landavense 988. Sylvanectense
 990. Ticinense 997. San Dionysianum 997.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

S. Odo Clun. Ab. 941.
 S. Æditha uxor Othonis Germaniæ Regis 947.
 S. Odo Cantuar. E. 958. S. Gerardus Ab. 958. S.
 Bruno E. Colon. 967.
 S. Vldaricus E. Augustanus 972. S. Mathildis
 V. 973. S. Nilus Calaber Ab. 976.
 S. Dufstanus E. Cantuar. 989.
 S. Ofuvaldus E. Eborac. 992. S. Majol. Clun. A. 993
 S. Nicon cognomento Metanite. *Pœnitentiam*
agite 998.

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

8

Haraldus Rex Danorum Baptismo expiatus
 totum regnum ad Fidem pellicit.
 Vandali sub Joanne XIII. Christum adorant.
 Liberius Moschoviæ, Mieslaus Poloniæ, Vis-
 domirus Prussiæ, Zipitinæus Bohemiæ Duces cū
 suis Christo aggregantur.
 In Dania, & Norvegia Fides penè extincta
 reviviscit. Hun-

Hungaria per S. Stephanum Regem, & Russia per S. Bonifacium plenius ad Christianam Religionem adducuntur.

9 *Sacri Ritus induciti, antiquati.*

Campanæ primùm benedictæ, & certo sacro nomine donatæ à Joanne XII.

Diaconissarum ministerium incipit aboleri.

Sodalitium pro defunctis piè Romæ coaluit 984.

Joannes XV. in Synodo Lateranensi S. Uldaricum E. Augustanum Sanctis adscribit ritum non ante usitato.

Statuitur, ut Sacer Missæ Canon submissa voce recitetur. *Bona.*

Triduanū jejunium annuū ante Quadragesimam apud Casnates, à quibus in ceteros derivatum.

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

10 Berno primò, mox S. Odo Cluniacensi Ordini dat initium 903. Cœnobium fundatur 910.

Fortunius Navarræ 905. Alphonsus Legionis 931. Constantinus III. Scotiæ 941. Hugo Italiae Rex 945. Venetorum Duces Ursus 932. Petrus Urfeolus 978. Vitalis Candianus 979. Memmius eorundem Tribunus 991. Monasticam vitam amplexi sunt.

Monachi plerumque adhuc Episcopis ex communi jure parebant.

D. Benedicti Regula in omnibus ferè Occidentis Monasteriis dominabatur.

11 *Miracula*

Crucem inter media tela præferente S. Ul-

darico, Otho I. parua: Quanta inuentas Hungarorum copias delet.

12

Comes Othonis I. vinculorum S. Petri contactu à Demoni molestris liberatur.

In Synodo Vintoniensi, imago Christi pendentis è Cruce, ad S. Dunstan preces loquitur, bonis Monachis contra malos Clericos favens.

Imago Christi Domini olim ad Abagarum missa Constantinopolim translata, & applicata similem eidem imprimit effigiem.

SS. Uldaricus, & Bonifacius EE. SS. Nilus, & Majolus Abb. clarent miraculis.

Multa supra vim naturæ patrata scribunt Reghino, Flodoardus, & alii.

Schismata, Contentiones, Abusus

Stephanus VII. P. pessimo exemplo, Formosi, veluti vitio creati, acta rescindit.

Infelicissimum Romanæ Sedi sæculum, quo mulierum, & virorum Principum ludibrio visa est proponi.

13

Manassi Arelatensi primùm plures committuntur Episcopatus 935.

Hugo nondum quinquennis eligitur Remensis Episcop. 947.

Leo VII. contra Joannem XII. 956. & contra Benedictum V. 964. Bonifacius VII. & Benedictus VII. contra Joannem XIV. 984. Joannes XVII. contra Gregorium V. 996.

Hæretici

Novi Antropomorpha in Italia.

Manichæorum secta Philippopoli reviviscit.

Lutar-

Lutardus in Gallia Crucis, & Decimarum hostis.

Vilgardus Grammaticus Ravennas deceptus à Dæmonibus, illi sub Horatii, Virgilii; & Juvenalis specie apparentibus, docet Poetarum dictis fidem habendam 1000.

Peculiari Divini Numinis providentia effectum videtur, ut nullo saculo pauciores haereses pullularint, quàm eo, quo plerumque in Rom. Pontificibus probitas, & doctrina desiderata est.

14

Imperatores Romanorum.

11 Ludovicus IV. à 901. ad 902.	39 Alexander ad 912.
<i>Vacat Imperium à morte Lamberti ad. 915.</i>	40 Constantinus VIII. ad 959.
12 Berégarius ad 914.	41 Romanus Iuvenis ad 963.
<i>Ludovicum Arnulphi f. Conradum, Henricum. Aucupem Germania Reges Germani inter Casares numerant; sed verius vacat Imperium ad 962.</i>	42 Nicephorus Phocas ad 969.
13 Otho I. Saxo Magnus à 962. ac 973.	43 Ioannes I. Zemifces ad 975.
<i>Novos Magistratus dat Italia: Roncaliarum Convētus instituit.</i>	<i>Primus nummos imagine Christi signat.</i>
14 Otho II. f. ad 983.	44 Basilius, & Constantinus IX. fratres simul ad 1024.
<i>Italici populi sub eo libertatem usurpant.</i>	45 Basilius mortuo Samuele Rege, Bulgariam adjecit Imperio.
15 Otho III. f. ad 1002.	

18

Ro-

R. Imperii, & Italia vices; Respublica; Principes

15

Rodolphus Burgundus Italiae regno, ad quod vocatus fuerat, spoliatur 926.

Hugo Arelatensis illi succedit, sed pellitur 949.

Berengarius II. regnat ad 962.

Otho I. Magnus victo Berengario.

Comites Albintimilii, Clavesanae, & Saonae Marchiones, Flisci Lavaniae Comites, Malespinae Marchiones, Othone I. imperante, in tota fere Liguria, & maritimis Alpibus dominabantur. *Sigon.*

Mutilianae Comes dictus Guido, ex quo clarae per Etruriam, & Galliam Cisalpinam familiae 967.

Aleramus Othonis I. gener I. Montisferrati Marchio.

Grimaldus Antipolis in Gallia III. Monaci in Liguria Dynasta 1.

Sex Minores Alerami filii Cavae, Salutarum, Boschi, Ponzoni, Carrecti, & Buschae Marchiones ab Othone III. instituti. *Sigon.*

Partem Italiae postremam Graeci Caesares recipiunt.

Roma vices; Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

Theodora mater, & mox filia Marotiae Feminae praepollentes forma, & opibus Foeminae, us ad opprobrium Romanae sedis abutuntur.

Romani, Alberico Marotiae filio duce veterem Reipublicae formam revocare nituntur 940.

Otho I. priorum Caesarum donationes novo decreto sancit 962. sed mox in Romanos tumultuantes saevit 964.

Hungaria à S. Stephano Rege Romanae Ecclesiae oblata 1000

T

Pto-

Ptolemæi Comites in Latio, & Romæ præpotes.

17

Reges Gallia

<i>Lotharingiam recipit</i>	912.	
Robertus Odonis fr. à Gallis contra Carolum electus	922. mox Carolo in Perona Castro clauso	
Rodolphus à	923. ad 936.	13
Ludovicus IV. Transmarinus		
ad 954.		18
<i>Ab Anglia vocatur; hinc Transmar.</i>		
Lotharius	ad 986.	32
Ludovicus V.	ad 987.	1
Lothario Ludov. fr. rejecto, quia Germanis adhaferat, succedunt		

CAPETI REGES

Hugo Capetus	ad 997.	10
Robertus cum patre	ad 1031.	43
Religione inclutus.		

18

Hispania Reges.

Sanctius Abarca VII. Navarra I. Aragonia Rex.		
Garzias	ad 913.	3
Ordonius II.	ad 923	9
<i>Sedem Oveto Legionem transtulit, dictusque est Rex Legionensis.</i>		
Froila II.	ad 925.	2
Alphonsus IV.	ad 928.	3
Ramirus II.	ad 950	22
<i>Castella Comitem liberum esse jubet ob as alienum, cui solvendo par non erat.</i>		
Ordonius III.	ad 955.	5
Sanctius Crassus	ad 967.	12

Rami-

Ramirus III. ad 985.	18
Veremundus II. ad 999.	15

*Aliorum per Europam Regnorum, & Principatum
initia, & vites.*

19

Marchiones custodiendis Regionum finibus,
Burgravii iuridicendo inducti.

Bavaria iterum Ducatus 911.

Sigefridus I. Marchio Brandenburgicus 917.

Leopoldus Austriae Marchio I. 932.

Misniae Marchio ab Henrico Aucupe institu-
tus.

Hermantius I. Lüneburgi Dux dicitur ab O-
thone I. 960.

Sigefridus Ardennensis I. comes Luxemburgi.

Imperium Moscoviticum 990.

Suetonus Daniae Rex Sueciam acquirit 998.

Saraceni Creta insula ejeti per Basilium, &
Constantinum Imperatores.

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

20

Mustaphi, sive Mustapha Babyloniorum Cali-
pha, sive Amiras, victo Aegypto, totum fere
Saracenorum Imperium sibi subjicit 908.

Calecuti apud Indos sedem habere cepit Sara-
cenus Amiras 909.

Sunga familia apud Sinas regnare incipit 923.

Persarum Reges Daules, & Boytes è Stirpe
Darii Hytaspis à 936.

Historia Persica iterum deficit.

Jngas Peruvianos Cuschi sedentes ab hoc sa-
culo numerant Americani.

21

Bella clariora.

Hungari Germaniam, Italiam, Gallias populantur.

Nicephori Phocæ de Persis victoriæ sub Romano Iuniore.

Orientis Imperatores bellum habent cum Saracenis, Ruthenis, & Bulgaris.

Saraceni in Italia adversa plerumque fortuna pugnant.

Rodulphi Burgundi, Hugonis Arelatensis Regis, & trium Othonum in Italia bella inter se, nec non contra Græcos, & Saracenos.

Turcæ, vel in fine hujus, vel sub initium sequentis sæculi Persas vexant.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Saraceni, arce Gariliani pulsi, cæduntur 915.

Cremata per Hugonem Italiæ Regem classe, Saraceni deserunt Fraxinetum 931.

Henricus Aliceps voto nuncupato Hungaros prælio victos penè delet 933.

Ramirus II. Rex Legionensis Mauros ad Septimancas, triginta millibus cæsis, profligat 934.

Petrus Urseolus Dux Venetus inclytam de Saracenis victoriam refert 976.

Egregia de Saracenis victoria Veremundi Regis Hispani 998.

23

Belli Duces nobiliores

Ferdinandus Consalvus Castellæ Comes, Maurorum malleus.

Alphon-

Alphonsus Castellæ Rex verè Magnus.

Vitzereus Suecus sub Olao I.

Almansor Saracenorum Dux inclytus.

Petrus Venetorum Dux bello clarus.

Conradus Franco, mox Germaniæ Rex.

Joannes Zemifces Græcus Imper.

Ezelinus Germanus Onaræ Dynasta.

Grimaldus I. Monæci Princeps non armis mi-
nùs, quàm fanguine nobilis.

Ericus VII. Suecorum Rex cognomento Se-
gerfelius victoriis clarus.

Casus tragici; Calamitates publica.

24

Genua à Saracenis capta, omnes in ea præter
pueros, & fæminas occiduntur 936.

Otho II. Italicis Proceribus Romæ ad convi-
vium invitatis, inter epulas, de seditiosis pænas,
cæteris inspectantibus, sumit. Hinc *Sanguinari*
cognomentum Othoni factum.

Idem, immensæ classis accepta strage, vix na-
tando evadens, mœrore perit 983.

Pestis atrocissima in Germania post hyemem
media ætate subortam 991.

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

25

Genuæ fons sanguinis futuram sequentis anni
calamitatem prænunciat 935.

Sol per aliquot dies visus est sanguinem effun-
dere. Prodigium plurimi morbi, & interitus
consequuti sunt 940.

Gemini Soles per biduum visi, & acies in Cœ-
lo confligentes 979.

Cruces in vestibis apparent 979.

T 3

Ignis

Ignis è Rheno exortus strages ingentès edit
991.

Horrenda ignis eruptio è Vesuvio 993.

Terremotus permagnus, aliaque prodigia
1000.

26

Res memorabiles, sive sacra, sive prophana.

Joannes Zemiscus Imper. de Bulgaris victor,
B. Virginis simulachrum triumphare voluit in
curru 971.

Robertus Rex Galliaè ob illicitum conjugium
ab Episcopis sacris diris devotus à suis met famulis
deseritur 998.

Augusta Othonis III. uxor falsi criminis ar-
chitecta, quo in fontem Mutinensem Comitem
ius simulaverat, igne, de mariti sententia, libidi-
nis, & calumniæ pœnas exsoluit.

27

*Schola, Academia, Literarum incrementa,
& detrimenta.*

Scholæ Universitatis in Brabantia constitutæ à
Joanne Duce 926.

Academia Babilonica Saracenorum ad Medici-
nam præsertim, & Astrologiam tradendam, sæ-
culo in finem declinante, florebat.

*Infelicissimum bellis, & ignorantia sæculum rue-
bat in præcept, nisi pacem, & literas, quantum per
illos fieri potuit, Religiosi viri sustinissent, quod
præstiterè præsertim veterum ingeniorum monumen-
tis exscribendis,*

*Apud Græcos tamen, Hebræos, & Arabes litera
feliciter colebantur, teste eruditissimo Genebrardo.*

Otho III. favere literis visus est.

The

Theologia positiva.

28

Leo VI. Imper. Marcus Eremita, cujus opera corrupta creduntur. S. Rathbodus E. Rutgerus Trevirensis, Ratherius E. Smaragdus Monach. S. Odo Cluniac. Ab. Radulphus Flaviacensis, Fridegordus Diacon., Notgerus Leodiensis E. Moses Barcephas E., cujus opera cautè legenda. *Margarinus de la Bigne in Indice Alphabet. Biblioth. Patrum perperam refert ad sæculum 16., Gualterius putat sæculo 9. floruisse.*

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

29

Leo VI. Imper. Græc. cujus nobilis extat Epistola de Fidei Christ. veritate.

Adrevaldus calamo S. Eucharistiam propugnavit contra Joannem Scotum, qui primus ausus est de Divino Mysterio blaterare.

Stephanus Eduensis E. Aretas Cæsariensis Presbyter.

Auxilius Formosi Pontif. Ordinationes defendit, ipse tamen eget defensore.

S. Dunstanus Cantuar. E. Sacri Cœlibatus egregius propugnator.

Ratherius Veronens. E. Herigerus Ab.

Jus Canonicum, & Civile; Legum latores.

30

Rhegino Ab. & Atto Vercell. E. Canonum peritissimi.

Henricus Auceps Saxoniam legibus, & moribus informat.

Cùm Jus civile Roman. hoc sæculo vix esset Italiæ notum, Otho I. Imper. novas leges, novam-

stituta in Roncattarum Conventibus Italis dedit, quorum adhuc aliqua supersunt vestigia. Hinc Saxonicum Jus apud Italos.

Heriveus E. Remensis scripsit Opusculum de Pœnitentiis injungendis. *Oud.*

R. Moyses, dilabentibus in Oriente Hebræorum Academiis, Cordubæ in Hispan. Talmud interpretari aggressus est. 999.

Philosophia

Alpharabius Philos. & Medicus Arabs.

Gerebertus Philosophus, & Mathem. egregius, postea Sylvester II. Rom. Pont.

Rasis dictus Almanzor, seu Aluberte Arazî, Philosophorum, & Medicorum sui temporis facile princeps, genere Arabs, sed educatione Africanus floruit. *Dicitur & historiam Hispanicam scripsisse. Paschalis Gallus in Vitæ Medicæ.*

Medicina.

Euty chius Ægyptius Batrici filius ex Medico Patriarcha Alexandr. 933.

Babylone ad Tigrim hoc est Bagdati, sive Baldaci, ut Petrarchæ dicitur, sæculo inclinante Medicina præsertim excoli cœpit. Babylon liquidem ad Euphratem, testibus Strabone, & Plinio, antè Augusti tempora jam interierat.

Rasis magnum Medicinæ columen eodem fere tempore floruit; eum enim docentem Avicenna adolescens audivit.

Mathematici.

Gerebertus, postea Sylvester II. Pontifex Max. quem

quem apud rudes, & inimicos magicarum artium suspectum fecit Mathesis.

Alpharabius Philosophus, & Astronomus celebris 980.

Anonymus Auctor Horti Geographici circa annum 1000.

Hilpericus Monachus S. Galli scripsit tractatum de Computo Eccles. quem editioni paratum servat eruditissimus Mabillonius. *Oudin.*

Historia, & Chronologia.

34

Rhegino Ab. Constantinus Porphyrogenitus, Bertharius Presbyter, Odo Monachus S. Medardi, S. Odo Cluniac.

Bernerus Monachus, Laitprandus E. Flodoardus Remensis, Joannes Asser.

Rotgerus Monachus, Vvitichindus Corbejenfis, Occo Friso, Rosuveita Virgo, Notgerus Lediens. Dudo S. Quintini Decanus, Hegesippus Junior, vel in fine hujus, vel sub initium sequentis sæculi.

Historia hoc tempore facta est mendosior, quia fabulosæ Historiæ apud Gallos, & Hispanos inclaruere. *Huet.*

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

35

Rabanus Maurus, Hilduinus Ab. Orat. & poetæ.

Leo VI. cognomento Sapiens Imper. & Orat. Constantinus Porphyrog. Poeta.

S. Odo Cluniac. Ab. & Rosuvita, seu Rosuvinta Sanctimonialis Poesim adamarunt. B. Petrus Damiani a Musis non abhorruit.

Sime-

Simeon Junior scripsit hymnos.

In Italia nullus est habitus, vel Oratoris, vel Poeta nomini par teste Sigonio.

Herigerus Ab. Laubiensis Poeta.

Robertus Gall. R. Hermannus Contractus, S. Odilo Ab. Clun. scribendis hymnis claruere.

Roberto tribuitur Sequentia, qua utitur Ecclesia. *Veni Sancte Spiritus,*

36

Philologia, & Grammatica.

Salomon Constantius. E. Alphricus Ab. Abindonensis. *Du Fresne.*

Alfredus R. SS. Dunstanus, & Athelvaldus Episcopi jacentes post Danorum irruptionem latinas in Anglia literas excitant. Idem

Ratherius E. libellum suum de Arte Gram. inscripsit. *Serua dorsum, quod puerorū dorsum servare posset a flagris.*

R. Adonim Ben-Tammim Grammaticam Hebraico Arabicam dedit.

Ex Epitaphio Gregorii V. R. Pontificis discere licet jam hoc saculo vulgarem, hoc est Italicam linguam a latina fuisse discretam.

Usus Francisca, vulgari, & voce latina.

Instituit populos eloquio triplici.

37

Nova inventa; Artifices nobiles.

Primordia Feudorum, ut loquimur, sub Carolo Simplici in Francia, & in Germania sub Conrado I.

Hastiludia, sive, ut vulgus dicit, Torneamenta primū usurpata ab Henrico Aucupe 938.

Gentilitia familiarum insignia occasione dictorū lud-

ludorum primò fixa, & certa. Ita Menestrier, sed Cartharius aliud sentit.

Typographiam hoc sæculo à se inventam sinæ gloriantur,

A Gereberto Monacho, qui postea Silvester II. Horologium Magdeburgense constructum est, in quo conspicua erat stella Polaris.

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria

38

Calecutum apud Indos initio sæculi à Saracenis, Monachium Bavarix Ducum Sedes sub Othone I. Magdeburgum rogante Æditha Imperatrice 950. Hala in Saxonia 981. Cairum prope veterem Memphim à Johar Saraceno 968. ædificantur,

Nonantulæ, & Farfæ Monasteriis nihil hoc ævo in Italia magnificentius,

Celeberrimum S. Marci Templum Venetiis inclinante sæculo plurimum à Græcia Architectorum opera inchoatur,

Architecti nobiles; Architectura Romana vices

39

Decimum hoc, & consequens undecimum sæculum incuriosiora operum memoria deflueret,

Adalbertus Etrurix Marchio, qui molem Hadriani tanquam arcem tenebat, Theodoram nobilem, sed famosam Romæ mulierem in communionem ejusdem recepit, ex qua primùm ipsa, mox, & filia Marotia Urbi leges dare propemodum visa est. Ex his ad Pontifices, sed brevi ad Populum transiit Arcis possessio, quæ à Crescen-

tio

tio Nomentano capta, ab eo aliquando est appellata.
Hoc ævo solis topis quadrilateris ædificari cœ-
ptum est.

40

Pictura, Statuaria, earumque Romæ vices.

Servatur in Vaticana Bibliotheca Semestris Græci Menologii pars, cum Sanctorum imaginibus, quas hoc ævo pictas putat Allatius apud Ughellum in Ital. Sacra. In eo aliquot Pictorum nomina.

In Sacello S. Thomæ Cantuar. olim Ædis Lateran. Sacrario visuntur adhuc imagines, Joanne XII. sedente pictæ. C. Raspon. in Basil. Lateran.

Historiæ Christi patientis opere anaglypho in Columella ad Basilicam Paulinam, monstra, non opera Statuariæ videntur; & quia a Casinensibus positæ, huic sæculo tribuendæ, quia hoc tantum sæculo Paulinum Cænobium tenuerant.





SÆCULUM XI.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

I

144	Silvester II. Aquitan. à 999. ad 1003.	4	1
145	Joannes XVII. Rom. 1003.	0	5
146	Joannes XVIII. Rom. à 1004. ad 1009.	5	4
147	Sergius IV. Rom. à 1009. ad 1012.	2	9
148	Benedictus VIII. Rom. à 1012. ad 1024.	12	0
149	Joannes XIX. seu XX. Rom. à 1024. ad 1033.	9	4
150	Benedictus IX. Rom. à 1033. ad 1045.	11	5
151	Gregorius VI. Rom. à 1045. ad 1046.	1	8
152	Clemens II. Rom. à 1046. ad 1047.	0	10
153	Damasus II. German. 1048.	D.	23
154	S. Leo IX. Gallus à 1049. ad 1054.	5	2
155	Victor II. German. à 1055. ad 1057.	2	4
156	Stephanus IX. Lotharingus à 1057. ad 1059.	0	8
157	Nicolaus II. Sabaudus à 1059. ad 1061.	2	5
158	Alexander II. Mediolan. à 1061. ad 1073.	11	7
159	S. Gregorius VII. Soanenſis à 1073. ad 1085.	11	11
160	Victor III. Beneventanus à 1087. ad 1088.	1	4
161	Urbanus II. Gallus à 1088. ad 1099.	11	5
162	Paschalis II. Italus à 1099. ad 1118.	18	5

Pre.

2

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversiâ .*

Palmare de horrendo Silvestri II. obitu mendacium manifestè diluit Epitaphium illi à Successore Sergio paucos post annos in Æde Lateran. positum. *Baronius .*

Gregorius VI. legitimus, & optimus Pontifex iniquè jussus est abdicare ab Henrico II. Cæsare in Synodo Sutrina 1046 .

Nicolaus II. & Gregorius VII. non induxere primò, ut mentiuntur hæretici, sed prolapsam Sacerdotum castitatem severis legibus adstrinxere .

Qui Henricum III. Cæsarem à Gregorio VII. exauctoratum docent, refragantibus Patrum doctrinâ, & Dei verbo, temeritatis notam non effugient .

3

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio .*

Clamamus ergo ad Successorem Petri ad Vicarium Crucifixi, qui amator, & patronus est veritatis, & cujus ministerio Spiritus Sanctus totius falsitatis figmenta condemnat. *Joannes Saresberiensis ad Rom. Pontif. in Epist. qua legitur cum illis D. Thoma Cantuar .*

Henricus IV. Imper. à Gregorio VII. anathemate ictus, Regni jurè, ac nomine spoliatur.

Alexius Comnenus Græcus Imper. à Paschali II. per Legatos insignia Imperii petit, nec impetrat. *Baron. & alii .*

Pont-

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & uices.*

4

Damasus II. primus Diplomata Incarnationis anno consignat.

Leo IX. primus suo nomine signatam pecuniam cudisse videtur.

Pallium, & ornamenta Pontificia medio fere sæculo immutantur. Videatur Papebrochius in *Pro-pylæo*.

Nicolaus II. creandi Rom. Pontificis jus ad Cardinalium suffragia revocat. 1059.

Romani Pontificis possessionem Pontificatus adeuntis ceremonias hoc sæculo usurpari solitas refert Card. Baron. in Paschali II. 1099.

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

S. Abbo Floriacensis martyrio coronatur 1004.

Innumeri Christiani variis in locis à Slavis, Hungaris, Danis, & Russis pro fide Catholica interfecti.

S. Bruno Russor. Apost. cæditur 1008.

S. Olaus R. Norvegiæ, & mart. 1028.

S. Gherardus Venetus in Hung. 1047.

Arialdus Mediolan. Diaconus 1066.

S. Stanislaus Cracoviensis ab impio Boleslao obruncatur 1079.

S. Canutus R. Daniæ 1080.

Bonizo à Schismaticis interimitur 1089

Concilia Generalia, & Provincialia.

6

Dormontenum 1005. Francfordiense 1006.

Æxha-

Æxhamense 1009. Bambergense 1011. Legionense 1012. Aurelianense 1017. Aquisgranense, Salengustadense 1022. Bituricense 1031. Lemovicentia 1031. 1095. Triburienne 1035. Sutrina 1047. 1059. Romana 1047. 1049. 1050. 1051. 1053. 1057. 1063. 1065. 1066. 1074. 1075. 1076. 1078. 1078. 1079. 1080. 1081. 1084. 1084. 1089. 1099. Ticinensia RR. 1049. 1077. Remensia 1049. 1061. Moguntina 1049. 1069. 1070. 1075. 1085. Rothomagensia 1050. 1072. 1074. 1096. Sipontinum, Vercellense, Coyacense 1050. Mantuana 1053. 1095. Narbonense 1054. Florentina 1055. 1063. Lugdunensia 1055. 1080. Turonense 1055. Colonienne 1056. Tolosana 1056. 1090. Compostellanum 1056. Melphitana 1059. 1089. non Amalphitana, quia in Apulia.

Parisiense 1059. Jaccense 1060. Basileense R. 1060. Osboriense 1062. Aragenense 1062. Cabilonense 1063. Barcinonense 1064. Vvincestrense 1069. Vvintoniense 1070. Anglicana 1072. 1074 R. 1075. 1095. Erdfordiense R. 1073. Vermatiense R. 1076. R. Pictaviense 1079. Britannicum 1079. Brixienne R. 1080. R. Juliodonense 1080. Avenionense 1080. Meldense 1080. Quintiliburgense 1085. Capuanum 1087. Beneventana 1087. 1091. Trojanum 1089. Constantiense 1094. Placentinum 1095. Claromontanum 1095. Nemaufense 1096. Barensis 1098. Hierosolymitanum 1099. Anfanum 1100.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7
S. Heribertus E. Colon. 1021.
S. Henricus Imper. maritus S. Chunegundæ
Virginis Virgo 1024. S. Ro-

S. Romualdus Ab. 1027. S. Emericus fil. S. Stephani R. Hung. 1030. S. Dominicus Ab. 1031. S. Stephanus R. Hungariæ 1038.

S. Dominicus Loricatus 1050. quem aliqui cum Abbate confundunt.

S. Eduardus REX Angliæ maritus, & Virgo 1066. S. Petrus Damiani Card. 1072. S. Joannes Gualbertus 1073. S. Anselmus E. Lucensis 1086. S. Arnulphus E. Sueffionensis 1087.

S. Margarita Regina Scot. 1097. pauperum mater.

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

8

S. Bruno Ruthenos ad viam salutis revocat. Pomerania per S. Othonem Bambergensem E. in Christi fidem concedit.

Reparatur apud Hungaros Fides per Andream Regem.

Vindi, Sclavi, & Saxones pleniùs, & constantiùs Christo adhærent.

Sacra expeditio ab Urbano II. indicta 1096. in qua, Gothofredo Bullionio Duce, capta est Hierosolyma 1099.

Sacri Ritus indukti, antiquati.

9

Symbolum primò cantari cœptum Romæ post Evang. postulante S. Henrico Imp. 1014.

Usus, & nomen Disciplinæ, seu voluntariæ verberationis innotescunt.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.

Addictum Deiparæ Sabbathum 1095.

Ejusdem Officium institutum.

Petrus Anachoreta Sacri belli tuba, Sacras preces per globulos numerat. V Mili-

Militum, quos ad S. Bellum Urbanus II. accenderit, insigne Crux purpurea humero affuta, ex quo Cruciatæ nomen factum.

IO

Sacer Calibatus, Ordines Religiosi.

Ordo Canonicorum Regul. instauratur à B. Petro de Honestis 1015.

Camaldulensis Ordo per S. Romualdum instituitur 1022. Vallis Umbrosæ per S. Joannem Gualbertum 1030. Gradimontensis per S. Stephanum de Tierno 1076.

Carthusianus per S. Brunonem 1086. Antonianus per Gastonum 1096.

Cisterciensis per Robertum Ab. Molmensem 1098. Fontis Ebraldi per Robertum de Arbifello 1100.

Michael Stratoticus 1058. Isacius Comnenus Orient. Cæsar. 1059. Monachi.

Sæculis 11. & 12. Immunitates Monasteriis liberalius indultæ.

II

Miracula.

Avalonis urbis muri Roberto R. Gallorum pfallente, concidunt 1005.

S. Stanislaus Cracoviensis Antistes Equitem Petrum, à tribus annis sepultum, testem multis spectantibus, ad Regis Boleslai tribunal adducit.

Ad S. Guntheri Anchor. preces, pavo affatus avolat è mensa S. Stephani Hungariæ Regis.

Clarent miraculis SS. Romualdus, Stanislaus, & Joannes Gualbertus.

Plura miracula referunt Arnulphus Comes, Glaber, B. Petrus Damiani, Adam Bremensis.

Schif-

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Gregorius contra Benedictum VIII. 1012. Silvester, & Joannes contra Benedictum IX. 1033.

Henricus IV. Cæsar Episcoporum, & Abbatum instituendorum jura usurpat. Hinc longa malorum series.

Michael Cerularius Patr. C. P. Azymorum usum Latinis exprobens, novum inter eos, & Græcos odiorum semen jactat 1053.

Schisma contra Alexandrum II. 1061. contra Gregorium VII. 1073. contra Paschalem II. 1099.

Puer jussu Regis eligitur Aurelianensis E. 1097. die SS. Innoc. sacra. Hinc illud Leoninum:

Eligimus puerum puerorum festa colentes.

Non Domini dictum, sed Regis jussa sequentes.

Hæretici.

13

Leutericus Senon. Archiep. Sacramentariorum prima femina spargit 1004.

Berengarius Sacramentariorum Princeps 1040. Heribertus, & Lisorius novi in Gallia Manichei.

Reordinantes, Michael Cerularius, Simoniaci. Sacerdotiorum nundinatores, & novi Nicolaitæ

Mediolani, contra quos Gregorius VII. acriter, & feliciter decertavit.

Incestuosi, Vvecilo Moguntinus, Roscellinus Sabellianorum renovator.

Imperatores Romanorum.

14

OCCIDENTIS

16 S. Henricus I. ad
1024. 23

Dux Bavaria, sed Saxo

ORIENTIS.

46 Constantinus solus
ad 1028. 3

47 Romanus III. cum
Zoe

<p>genere. Globus aureus cum Cruce, insigne Imperii huic datus à Benedikt. VIII. 1013. Burgundia cedit Imperio.</p>	<p>Zoe ad 1024. 5 48 Michael IV. Paph- lago ad 1041. 7 49 Michael V. Cale- phates ad 1042. M. 4. Constantin. X. Mono- mach. ad 1054. 12 50 Theodora Porphy- rogenita ad 1057. 2 51 Michael VI. Strati- oticus ad 1058. 1 52 Isaac Comnen. ad 1059. 2 53 Constant. XI. Du- cas ad 1067. 7 54 Romanus Diogen. ad 1071. 4 55 Michael VII. ad 1078. 6 56 Nicephor. Boto- niates ad 1081. 3 57 Alexius I. Com- nenus ad 1118. 37</p>
<p>17 Conradus I. Salicus Franconiæ Dux ad 1039. 17 Sub hoc, uti dicunt, Feu- dorum initia apud Ger- manos.</p>	
<p>18 Henricus II. Franco ad 1056. 17.</p>	
<p>19 Henricus III. Franco ad 1106. 50</p>	

15

R. Imperii, & Italia vices, Republica Principes.

Aliquot Italiæ urbes, quæ, Othone II. impe-
rante libertatem usurpare cœperant, suas opes au-
gent; inter quas præcipuæ Mediolanum, Genua
Florentia, Pisæ, Sena.

Arduinus Eporediæ Marchio ab anno 1002. ad
1015. regnum Italiæ nititur instaurare. *Theaur.*
in Regno Italia.

Robertus Guiscardus Normannus à Nicolao II.
Apu-

Apuliæ, & Calabriæ Dux renunciatur 1059.

Humbertus II. Sabaudia Comes, Avia Adelaidis jure multis in Italia oppidis potitur 1091.

Sicilia per Nortmannos Saracenis erepta Duce Maniaco Apuliæ Prætorè.

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

S. Henricus I. donata Romanæ Sedi à Pippino, & Imperatoribus rata esse jubet 1014. Idem Bambergam donat, mox ejus loco Beneventum restituit 1019.

Romanæ Ecclesiæ vestigales sponte fiunt Polonia 1041. 1045. & 1047. Dania 1062. Bohemia 1073. Sardinia, & Russia 1075. Dalmatia, & Croatia 1076.

Roma capta ab Henrico III. sub Gregorio VII. 1084. Apostolorum Petri, & Pauli Ædes direpta.

Ptolemæus Comes, Petrus Columna, & Abbas Farfensis absente Paschali II. tumultum excitant 1109. *Baronius Petrum Columnam cum Farfensi Abbate confundit.*

Reges Gallia.

17

Henricus I. ad 1060.

29

Rodolphus Ignavus moriens Burgundiam Conrado Germania Regi donat 1032. In eo deficit Regnum Arelat.

Philippus I. 1108.

48

Initium Delphinorum Viennensium à Guigone seniore VIII. Gratianopolis Comite 1075.

Hanc postea Provinciam Umberto II. Delphinorum postremus Philippo Valesio, ea lege vendidit, ut Re-

gis primo loco genitus Delphini nomen semper ferret,
Genebrardus. Alii donatam scribunt.

18

Hispania Reges.

Alphonfus V. ad 1027.	28
Sanctius III. Navarra, & Aragonia Rex, & Comes Castella, ducta Nunna Sanctii filia.	
Veremundus III. ad 1037.	10
Ramirus I. Aragonia solius Rex.	
Ferdinandus Magnus ad 1065.	29
Sanctius II. Fortis ad 1072.	7
Garzias cum fratre ad 1074.	2
Alphonfus VI, ad 1109.	36
Toletum recipit 1085. eoque Sedem transfert.	
Henricus Burgundus à Regio Gallorum sanguine ducta Theresia, Alphonfi Regis filia, dicitur Comes Lusitanis, quam Mauris ademerat 1080.	

19

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatum
initia, & vices.

Sabaudia Comitatus per Beroldum Saxonem
incipit 1010. Dani occupant Angliam 1016. Re-
ge I. Canuto Magno.

Boleslaus I. cognomento Chrobri ex Duce I.
Rex Polon. Henrico I. Imper.

Guillelmus Nortmannia Dux hæres à S. Eduar-
do dictus, pulso Haraldó Dano, Angliam subi-
git 1066.

Bavaria transit ad Ateftinos in Vvelphone Actii
filio 1070.

Polonia, ob cædem S. Stanislai Cracoviensis,
privatur regis titulo 1079.

Vla-

Vladislaus II. per Henricum III. Rex Bohemiarum primus 1087.

Bullionis Ducatus 1096. venditus Leodiensi Episcopo à Gothofredo Lotharingæ Duce.

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

20

Turcæ initio sæculi Persis infesti, mox ab eorum Calipha, sub quo meruerant, desciscentes, & Saracenis debellatis, Tangrolipice Duce, eorum sectam cum regno suscipiunt 1038.

Turcæ dividuntur in Orientales, & Occidentales 1060.

Hierosolyma expugnata, Cruce signati, ejus Regnum Gothofredo Bullionio, cujus potissimum virtute receptam esse constabat, omnium consensu deferunt 1099.

Antiochia Boemundo, Edessa Balduino, Gallilæa Tancredo cesserunt.

Bella clariora.

21

Germanorum Cæsarum bella in Italia pro R. Pontificis, & Imperii dignitate, in Hungaria pro defensione Regum.

Nortmannorum in Italia, mox in Græcia, & Sicilia arma felicia.

Græci Cæsares contra Bulgaros feliciter, infeliciter cum Nortmannis, & Turcis bellum habent.

Belli semina inter Genuenses, & Pisanos 1050. cum hi partem illis Corsicæ ademissent.

Subacta per Guillelmum Nortmannum Anglia, Galliarum Regi Philippo I. natus est æmulus, bellum-

lumque, quod primò Francos, & Anglos commisit. 1077. circiter.

Hispani contra Mauros arma prosperè tractant.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Quadraginta Nobiles Nortmanni Hierosolymis reduces Salernum ab obsidione Saracenorum liberant 1002.

Maniaces Michaelis Paphlagonis in Sicilia Dux, unico prælio 50. Saracenorum millia cædit 1040.

Sexcenta Scytharum millia, precibus Constantini Ducis, & populi divinitus fusa 1065.

Itali, Victore III. R. Pontif. impellente, Africam sub Vexillo S. Petri aggressi, centum Saracenorum millia interficiunt 1087.

23

Belli Duces nobiliores

Gregorius Maniaces sub Michaelæ Paphlagonæ 1040.

Constantinus Monomachus ante adeptum Imperium belli gloria nobilis.

Robertus, & Rogerius in Italia Nortmannorum Ductores, & Principes, bellica virtute clarissimi.

Gothofredus Bullionius Dux, Hercules Christianus,

Raymundus comes Tolosanus, & Boemundus Notmannus, cum Tancredo, Bullionii in sacra expeditione socii.

Huna Anglorum bellicosissimus.

Rodericus Didaci, vulgò Cid, apud Hispanos celeberrimus 1099.

Rober-

Robertus Vviscardus Nortmannus Dux fortissimus.

Casus tragici, Calamitates publica.

24

Crescentii Nomentani olim uxor, Othonem III. chirothecis veneno infectis, pro munere amatorio ad eum missis, extinguit 1002.

Basilii Imper. 15. Bulgarorum captivorum millibus effodi oculos jubet, unico singulis centenariis lusco duce relicto.

Dani per Angliam uno impetu ex condicto casu 1011.

Locustis, & fame vexati Cappadoces, Armeni, & Paphlagones solum vertunt 1040.

Romanus Diogenes Imper, captus à Turcarum Sultano, ei ascensuro, & descensuro in Solum pro scabello fuit. Tyrius.

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

25

Prodigiōsa Ligeris inundatio in Gallia 1003.

In Lotharingia fons aquæ saluberrimæ in sanguinem versus 1011.

Nubes ingens in Belgio soluta multos mortales mergit 1014.

Comeies trabis specie per quadrimestre 1039.

Tam copiosa nix in Occidente, ut sylvæ onus non sustinentes, frangerentur 1041. *Sigebert.*

Terræmotus per biennium in Bithynia.

Sereno Cælo de die visa Stella 1077.

Ingens foli mugitus 1082.

Multis in locis, ac præsentim in Italia eluviones insolitæ 1086.

Res

26

Res memorabiles, sive sacra, sive profana.

Conradus Salicus morti proximū Imperatoris insignia ad Henricum Saxonix Ducem mittit, à quo nuper ingenti prælio victus fuerat, eum præ cæteris Imperio parem æstimans 1039.

Casimirus Regia Stirpe natus ex Monacho Cluniacensi Rex Polonia; annuente Benedicto IX. PP. 1041.

Gothofredus Bullionius Rex Hierosolymæ renunciatus, nec insigne, nec nomen regium usurpare voluit, ubi Christum meminerat Regem per ludibrium appellatum.

27

Schola, Academia, Literarum incrementa, & detrimenta.

Alexandrina Academia, in qua Avicenna adolescens Rasim audivit.

Salerni ex Arabum præscripto in fine sæculi Medicina tradebatur, ut liquet ex libello; cui nomen factum *Schola Salernitana*; scriptus est enim versibus Leoninis à Joanne de Mediolano nomine Collegii Salernitani.

Constantinus Ducas literas, & literatos magni facit.

Saraceni pessimi scelerum Magistri in Hispania Toleti, Hispali, & Salmanticae Magicas artes docere palam exorsi sunt. *Genebrard. Del Rio.*

28

Theologia positiva.

Berno Augiens. Ab. S. Fulbertus E. Carnot. S. Odilo Cluniac. Ab. S. Bruno Herbipol. E. Adamus de Persenna, Theophilactus E. Oecumenius. Samonas Gazensis. B. Pe-

B. Petrus Damiani, quem aliqui non distinguunt, sed perperam, à Petro de Honestis Abb. Ravennate.

Olympiodorus, S. Anselmus Lucensis E. S. Bruno Carthusianorum parens.

Micrologus non est Scriptoris sed Operis nomen, cujus auctor incertus.

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

29

S. Fulbertus Carnot. E. S. Leo IX. Papa, Humbertus Card.

Deoduinus seu Theoduinus Leodien. E. insignem scripsit Epistolam de Corpore, & Sanguine Domini. Hanc mutilam Card. Baronius, & Chapeville perperam edidere sub nomine Durandi Leodiens. E. qui ante natam Berengarii hæresim 1024. obierat.

Hugo Lingonensis E. Durandus Troarnensis Ab. Lanfrancus Cantuar. E. Guitmundus Averfanus, Adelmanus Brixienis, Algerus Monachus egregii SS. Eucharistiæ propugnatores.

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

30

S. Burchardus Vormatiens. E. 1026, Deusdedit Card. 1086. colligendis Canonibus inclarescunt.

Collectio Canonum, quæ vulgò S. Anselmo Lucensi tribuitur, ab eruditis Hildeberto Cenomanensi adscribitur, ut in veteri Cod. Biblioth. Barberinæ.

R. Hai Gaon summus apud Babylonios Talmudicorum princeps, & postremus à Jechoniæ R. familia. *Genebrard.*

S. Olaus R. Norvegiam legibus datis ad meliorem frugem perduxit. Guil-

Guillelmus Nortmannus victor Anglis jura dat, quæ postea ab. Eduardo III. temperata sunt.

31

Philosophia.

Aboali Abinsceni, vulgò Avicenna, Medic. & Philos. Arabs celeberrimus obiit 1050. Dicitur natus patre Medico ejus ætatis nobilissimo in oppido Balac, fortasse Baldac, hoc est Bagdati.

In fine hujus sæculi dividuntur Peripatetici in Reales; & Nominales.

Michael Psellus, alius à Leonis Sapientis præceptore, floruit ab Isaaco Comneno imperante, usque ad Michaelem Ducam, quem erudiit.

De Psellis videndus Allatius in Tract. de historicis modis explicandis perutili.

32

Medicina.

Isac Benimirain, Jonas Cordubensis, Medici apud Hebræos nobiles.

Constantinus Afer Casini Monachus Mathematicus, & Medicus egregius.

Aboali Abinscenni. vulgò Avicenna, cui plurimum Medicina debet. *Hinc ignari omnino temporum apparent, qui eum Averroi aequalem, & amulum fingunt.*

Joannes de Mediolano, cui tribuitur Scholæ Salernitanæ carmen Leoninum.

33

Mathematica.

Constantinus Porphyrogenitus.

Osbernus Cantuar. Hermannus Contract. Abomasus, Serapion, Guido Aretin. Musicarum notarum inventor Monach. mox Cardinalis, Alhasen Arabs, Fran-

Franco Scholasticus, Constantinus Afer Casini Monachus, Pandulphus Capuanus, Guillelmus Ab. Musicus, & Astrol.

Erardus Monach. Ben Musa Arabs.

Novæ Tabulæ Astrologicæ à Persis vulgatæ.

Musica felicissimum sæculum

Historia, & Chronologia.

34

Abbo Floriac. Ab. Almoimus Floriac.

Harigerus Ab. Megenfridus, Osbernus Cantuar. Dithmarus, Ademarus Monach. Baldricus Dolensis E. Odorannus, Glaber, Anselmus Leodiensis, Hermannus Contract. S. Odilo Ab. Drogo E. Vvibertus Tullensis, Ado Trevirensis, Benno Card. mendax, Georgius Cedrenus, Joannes Curopalates, Lambertus Schafnaburgensis, Adam Bremenensis, Bruno Ab.

Marianus Scot. Xiphilinus, Paulus Benriedensis, Gaufredus à Malaterra, Guillelm. Apulus, Bertholdus Constantien. Othlonus, Indulphus Ab. Lupus Prothospata.

Rbetorica, Oratoria, Poesis.

35

Michael VII. Imper. Græcus Musarum plus æquo amator, Guillelmus Apulus Poeta historicus.

Villeramus Ab. soluta, & vincula numeris oratione Cantic. illustravit.

Alphanus E. Salernitan. Orat. & Poeta.

In nummo Victoris II. Pontif. manus è nube clavem D. Petro porrigit, cum lemmate. *Tu prome nauem liquisti, suscipe Clavem.*

Quare hoc saltem sæculo nati latini Rhythmi.

R. Se.

R. Selom-Bem-Ghebirol. Hispan. Rhythmicorum apud Hebræos carminum auctor.

36

Philologia, & Grammatica.

Joannes Curopalates Philol. Græcus. Cognomen *Aula*, seu *Palatii Ministrum* notat. Aliis dicitur Joannes Scylizza.

Papias Longobardus auctor magni Dictionarii latini. *Tribemius perperam transtulit in sæcul. 13. Du Fresne.*

Apud Italos nullus erat literarum humaniorum cultus.

Apud Hispanos litera Hebraica florere incipiebant, ut habet Genebrard.

Hinc R. Juda Davidis F. R. Jonas Cordubensis, Moses kimchi Davidis fr. Grammatici nobiles. *Gaulterius.*

37

Nova inventa; Artifices nobiles.

Exolescente extremi Judicii metu, quo multi deterriti, tanquam in fine decimi sæculi instantis, omnia neglexerant, artes iterum coluntur.

Notæ Musicæ, ut, re, mi, fa, sol, la à Guidone Aretino Card. excogitatæ.

Sacchari cocturam, Cassiæ fistularis, Rhabarbari, Mirabolani, & Tamarindæ usum Medicina debet Avicennæ.

Desiderius Ab. Casin. vocatis ex Græcia peritissimis, ut ea ferebant tempora, artificibus, curat artes nobiles in Italia restitui. *Ostiens.*

38

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria.

Troja in Apulia à Bubagno, seu Bolano Græco ædificatur 1022. Sca-

Scaphusiana .urbs apud Helvetios conditur
1053.

Plura, teste Glabro, instaurantur, plura conduntur nova per Europam Templâ.

Pisani Basilicam egregiam: è Siciliensibus manubiis extruunt 1012.

Pisanorum exemplo excitantur Etrusci, & Florentiæ S. Miniatis in Monte 1012. Lucæ S. Martini Templum 1061. ædificatur.

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

39

Buschettus Græcus Architectus laudatus à Vafario.

Frequentes in Urbe seditiones, & turbæ, vix ullum Romanis Pontificibus ædificandi spatium reliquere.

Bis præterea Roma penè consumpta est flammis; primò sub Leone IX. 1050. fortuito incendio: secundo sub Gregorio VII. 1084. Roberto Guiscardo, Henricum III. Cæsarem persequente. Ex eo tempore Roma pluribus in locis vacua facta est ædificiis.

Plures hoc ævo in Urbe præcelsæ turres, & nobilium ædes, instar arcium munitæ, quæ non semel Pontificibus perfugium præbuere.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

40

Stauratius Turchitus, cujus opus Valvæ Basilicæ Paulinæ.

Equites Paparoni cum gentilitiis insignibus in pavimento Basil. Liberianæ, vermiculato opere picti, & alii duo ejusdem operis in Æde S. Laurentii

rentii extra muros, jacentem Romæ Picturam hoc sæculo docent.

Idem ostendunt æneæ Valvæ Paulinæ Basil. opere diaglypho elaboratæ Constantinopoli, jussu Alexandri II. Pontif.

Jure his præferuntur musiva in Templo S. Miniatis Florentiæ, & Anaglyphæ Alexandri II. Historiæ, Lucæ in Æde S. Martini.



)SS()SS()SS()SS(

SÆCULUM XII.

Christi Vicarii Romani Pontifices.

163	Gelasius II. Pisanus à 1118. ad 1119.	1	0
164	Callistus II. Burgundus à 1119. ad 1124.	5	10
165	Honorius II. Bonon. à 1124. ad 1130.	5	2
166	Innocentius II. Roman. à 1130. ad 1143.	13	7
167	Cœlestinus II. Tuscus à 1143. ad 1144.	0	5
168	Lucius II. Bonon. à 1144. ad 1145.	0	11
169	Eugenius III. Pisanus à 1145. ad 1153.	8	5
170	Anastasius IV. Rom. à 1153. ad 1154.	1	4
171	Hadrianus IV. Anglus à 1154. ad 1159.	4	9
172	Alexander III. Senens. à 1159. ad 1181.	21	10
173	Lucius III. Lucensis à 1181. ad 1185.	4	3
174	Urbanus III. Mediolan. à 1185. ad 1187.	1	11
175	Gregorius VIII. Benevent. 1187.	0	2
176	Clemens III. Rom. à 1187. ad 1191.	3	4
177	Cœlestinus III. Rom. à 1191. ad 1198.	6	9
178	Innocentius III. Rom. à 1198. ad 1216.	18	6

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversia.*

Errare videntur, qui tradunt primum inter Roman. Pontifices Cœlestinum II. sine populi suffragiis Pontificem renunciatum: ea namque à Nicolao II. jam pridem abutenti populo adempta fuerant.

Alexandri III. mansuetudo, & æqualium, Scriptorum silentium, fabulosa esse docent, quæ de proculcato Friderico Ænobarbo, ad ejus pedes provoluto, sine certo teste jactantur.

3

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt, nec modò Ovium, sed & Pastorum tu unus omnium Pastor. *S. Bernard. ad Eugenium III. l. 2. de Confid.*

Philippus Augustus Gallorum Rex, tutissimè se regnaturum Apostolicæ Sedi obsequendo, significabat celebri insigni, in quo lilium supra rupem fluctibus everberatam pingebat cum lemmate. *In aeternum non commovebitur. Maimbourg. in Concion. Quadrages.*

4

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & vices.*

Gregorius VII. 1073. in Romana Synodo vetat ab alio, quam à R. Pontifice Papæ nomen usurpari.

Sub Paschali II. Cardinales 90. numerati.

Alexander III. sanxit, ne Pontifex electus ratus esset, nisi minimùm duas tertias suffragiorum partes tulisset.

Gregorius VIII. functus Cancellarii munere dum Cardinalem ageret, ad Pontificatum evectus nullum ex Patribus sibi substituit, sed Moysem Canonicum Lateran. Cancellarii vice fungi jubet. Hinc ille, & Successores Vicecancellarii appellati. *Ciacconius, Azor, & alii, Saussayo non probatur, sed ipse meliora non affert.* Per-

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

Quamplurimi à Slavis Aldeburgenfibus, à Follaccis pro Christo interfecti. Alii etiam in Hispania à Saracenis.

Victo in Oriente Balduino, plures Monachi pro Christo trucidantur 1131.

S. Ericus Sveciæ R. Martyrii laurea clarus 1151.

S. Thomas Cantuar. pro Christi Ecclesia gladiis impiorum occumbit 1170.

S. Petrus Parentius Urbeveteri à Manichæis trucidatur 1199.

Concilia genrralia, & Provincialia.

6

Lateranensia 1101. 1112. 1116. G. IX. 1123. G. X. 1139. G. XI. 1179. Londinensia 1102. 1103. 1107. 1125. 1127. 1138. 1143. 1162. 1175 Trojana 1104. 1107. 1117. 1124. 1127. Florentinum, & Quintiliburgense 1105. Beneventana 1108. 1113. 1117. Remensia 1109. 1119. 1131. 1148. Hierosolymitana 1111. 1143. Viennensia 1112. 1119. Bellovacense 1114. Coloniensia 1116. 1119. Romana 1116. 1122. 1123. Capuanum 1118. Tolosana 1119. 1124. Samaritanum 1120. Nannetense 1127. Ravennense 1128. Stampensia 1130. 1147.

Claromontanum 1130. Leodiense, & Moguntinum 1131. Placentinum 1132. Iotrense 1133. Pisanum 1134. Northamptonensia 1138. 1164. R. Vvincestrensia 1138. 1142. Senonense 1140. Antiochenum 1142. Vezeliacense, & Carnotense 1146.

Parisiensia 1147. 1186. 1188. Trevirensis 1148. Beli-

Belicense 1151. Ticinense R. 1160. Montepesulanum 1162. Turonense 1163. Clarense R. 1164. Caselanum 1171. Abrincense 1172. Venetum 1177. Lumberense 1177. Anglicanum 1188. Eboracense 1195. Dalmaticum, Dioclenfe, Divionense 1199.

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

S. Bruno Carthus. 1101. S. Anselmus E. Cantuar. & Hugo Ab. Clun. 1109. S. Godefridus Comes 1126. S. Hugo Ep. Gratianopolit. 1132. S. Norbertus B. 1134.

S. Malachias E. 1148. S. Hildegardis V. 1148. S. Idorus Agric. 1150.

S. Bernardus Ab. 1153. S. Guillelmus Aquitan. 1156.

S. Elisabetha à Schonaugia V. 1156. S. Homobonus 1199.

S. Hugo E. Lincolnensis 1200. cujus corpus lacte candidius, & vitro pellucidius post mortem visum. *Raynal.*

8

Propagatio Fidei, & bella sacra.

S. Vicelinus Vandalos, & Slavos convertit ad Christum 1141.

Sultanus Ieonii ab Alexandro III. Fidei formulam petit, & accipit.

Gothia cum suo Rege, & Pomerania plenius Christo adhærent.

Finlandia per S. Henricum E. & M. ad Ecclesiam aggregatur.

S. Menardus Livoniam cum Cobba Rege ad Christum adducit.

Sacri ritus inducti, antiquati.

9

Innocentius II. in Concil. Pisano S. Hugonem E. Gratianopolitanum aris admoturus, solemniores ritus primus adhibet. *Bolland.*

Aggregationes ad Ordinum Religiosorum merito coeptæ usurpari.

Conceptio B. Mariæ Virginis primò celebratur in Ecclesia Lugdunensi 1136. sine publica tamen Romanæ Sedis autoritate.

Ritus duplicis, semiduplicis, &c. in Horis Canonicis fortasse in fine hujus sæculi, vel initio sequentis inductus.

Sacer Cælibatus, Ordines Religiosi.

10

Præmōstratenses instituuntur à S. Norberto 1116. Milites Templarii 1118. extincti à Clemente V. 1312. Hospitalarii S. Joannis Hierosolymit. nunc Melitenses 1119. Guillelmitæ, seu Montis-Virginis 1124. Equites Calatravæ 1158. Humiliati 1170. extincti à B. Pio V. Equites S. Jacobi 1170. Equites Alcantaræ 1175. Theutonici Mariani 1190. Florentis Ordo 1196. Ordo Trinitariorum, & Sacerdotum Hospitali 1198.

Verè hoc sæculo florere incipiunt Religiosarum Militiarum Ordines.

Miracula.

11

Ingens languentium multitudo pasta panibus, quos S. Bernardus Cruce signaverat, repentè convalescit, ut ille publicè prænnunciarat.

S. Benedictus puer duodennis divino impulsu Rhodanum ad Avenionem ponte conjungit. 1177.

X 3

Ha-

Habuit hoc sæculum egregios mirandorum patratores SS. Bernardum, Norbertum, Malachiam, Iffidorum, Bennonem.

Scripsere Petrus Ab. Clun. Sigebertus, Bertholdus Constantiensis.

12

Schismata, Contentiones, Abusus.

Henricus V. per vim jus deferendi Episcopatus, aliaque munera à Paschali II. extorquet, qui mox omnia per vim expressa irrita declaravit 1105.

Burdinus contra Gelasium II. 1118. Petrus Leo & Octavianus contra Innocent. II. 1130. & deinde contra Alexandrum III. 1159.

Guido Cremensis, & Joannes Struma contra Alexandrum III. 1164.

13

Hæretici,

Basilus Bongomilorum caput.

Petrus de Bruis, Durandus de Vvaldach, Petrus Abailardus, Arnaldus de Brixia, Marsilius Patavinus, Patareni,

Pseudapostolici, Henriciani, Adamitæ, Eon. Vvaldenses, seu Pauperes de Lugduno, quorum reliquæ in vallibus Alpium Cottiarum.

Insabbatati, Albigenes, Correrii, seu Ceterelli.

Petrio hannitæ, qui primi Romanum Pontificem stultè ausi sunt appellare Antichristum.

Gaulter.

Imperatores Romanorum.

14

OCCIDENTIS

ORIENTIS.

- 20 Henricus IV. Franco ad 1125. 20
 21 Lotharius II. Saxo ad 1138. 13
 22 Conradus II. Suediæ Dux ad 1152. 13
 23 Fridericus I. Aenobarbus Suedus ad 1190. 37

Egregia sanè animi indole Imperator, s; Otbones potius in tuenda, quàm Henricos in impugnanda Ecclesia esset amulatus.

- 24 Henricus V. Suedus ad 1197. 8
 Philippus Suediæ, & Otbo Saxonia Dux de Imperio contendunt usque ad 1208.

- 58 Joannes II. Comn. ad 1143. 25.
 59 Manuel Comn. ad 1180. 38
 60 Alexius II. Comn. ad 1183. 3
 61 Andronicus Tyrannus ad 1185. 2
 62 Isaacius Angelus ad 1195. 10

- 63 Alexius III. Angelus ad 1203. 8

- 64 Alexius IV. Isaci filius à Latinis patrio solio imponitur: sed eodem anno post sextum mensem laqueo perit in carcere.

R. Imperii, & Italia vices, Respublicæ Principes.

15

Guido Vicecomes, à quo Spinularum gens, in Porciferæ valle latè Dominus 1102.

Rogerus III, Gibbosi fil. I. utriusque Siciliæ Rex 1139.

Viccomites cum Turrianis de Mediolani Principatu contendunt ab anno 1145. ad 1294., quo

Matthæus Magnus Vicecomes, pulis Turrianis,
& Vicarius Imperialis dictus à Cæsare, rerum in
patria potitus est.

Rambaldus à Collalto Comes Tarvisinus per
Henricum V. 1191.

16

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Dition.

Mathildis Comitissa Ditionem suam universam
Apostolo Petro moriens legat 1115.

Romani, Arnaldo de Buxia impellente, ab In-
nocentio II. desiscunt, Senatum restituant, so-
lam Pontifici Sacrorum procuracionem relicturi.
Hæ turba deinde plures exercere Pontifices.

Lustama sponte fit vicedignus Romano Ponti-
fici 1141.

Innocentius III. Spoletum, Assisium, Picenum
feliciter recipit.

17

Reges Gallia

Ludovicus VI. Crassus ad 1137. 29

Hoc regnante obiit Joannes de Tenoribus, quem
aliqui fabulantur vixisse annos 361.

Ludovicus VII. Junior, ad 1180. 44

Ducta Eleonora Guiennam acquirit 1137.

Lilia, sive potius Liliun scuto Francico primò in-
ditum. At deinde Reges scutum pluribus Liliis con-
spersere. Menestrier.

Philippus Augustus ad 1223. 44

Regnandi laude illustris, Corona Comitatus plures
adunxit.

18

Hispania Reges.

Alphonfus VII. Alphonfi VI. Nepos ex Vracca
ejus.

eiusdem filia ad 1126.	17
Alphonfus VIII. ad 1157.	31
Alphonfus Henrici Comitis filius, Primus Lusitania Rex ab exercitu salutatur 1139. confirmatur ab Alexandro III. 1171.	
Sanctius III. ad 1157.	1
Ferdinandus II. ad 1188.	31
Alphonso Comite Barcinonis ad Aragonia regnum vocato, Catalaunia jungitur Aragonia 1162.	
Alphonfus IX. ad 1214.	26

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatumum initia, & vices. 19

Sigefridus è Duce Lotharingæ Mosellanicæ I. Comes Palatinus 1101.

Hermannus è Ducibus Zeringiæ I. Marchio Badensis sub Henrico IV. 1120.

Vvelphonibus, sive Atestinis, Austriaci in Bavaria succedunt 1138.

Albertus Ursus Princeps Anhaltin. March. Brandenburg. 1142.

Austriæ ex Marchione Dux 1154.

Regnum Hiberniæ paret Anglis 1162.

Otho I. Vitelspachius 1162. post Atestinos Dux Bavaræ, in qua imperant ejus posterii.

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam. 20

Corasmii in Persidè 1139.

Noradinus è Turcis Occidentalibus Syriam occupat 1143.

Saladinus è Turcis Occidentalibus Ægypto potitur 1178.

Eruptio Tartarorum, & plures per eos Provincie

ciæ Septentrionis occupatæ 1188.
 Rucradinus Turca I. Iconii Sultanus 1189.
 Cypri Regnum jure permutatum in Hierosolymitanum 1191.

21

Bella clariora.

Genuenses, & Pisani, de dando Corsicæ Episcopo contententes ad bellum veniunt, quod ingenti animorum, armorumque contentione multos per annos, eventu vario gestum est.

Græci Cæsares cum Turcis, Scythis, Serviis, Hungaris bellum habent.

Eleonora Guinensis, à Ludovico VII. Galliarum Rege repudiata; secundæ ejusdemque atrocissimi belli inter Gallos, & Anglos initium fecit 1152.

Turcarum Noradini, & Saladini bella, quibus Syriam, & Ægyptum domuere.

22

Prælia, & bellorum eventus celeberrimi.

Calojannes Imper. nobilem de Scythis victoriam reportat 1123.

Ægyptii apud Ascalonem tanta clade affecti à Dominico Michaele Veneto, ut mare ad duo miliaria sanguine cæsorum rubesceret 1124.

Alphonsi I. Lusitani Regis Orichiensis de Ismaro, & quatuor aliis Mauris Regibus victoria celeberrimis comparanda 1137. *Hist. Lusit.*

Idem Alphonsus, & filius Sancius I. innumera- biles Maurorum copias cum Marochiorum Imperatore, & tredecim simul Regibus ab Scalabim cædunt 1183. *Ibid.*

Belli Duces nobiliores.

23

Henricus cognomento Leo, Dux Brunsvicensis è gente Atestina.

Guillelmus Dux Aquitaniæ strenuissimus.

Dominicus Michael Venetorum Dux,

Jacquellinus de Mayli, quem Saraceni S. Georgium, & Christianorum propugnaculum appellabant.

Rainaldus Marchio Atestinus 1177.

Sanctius I. Lusitanorum Rex, nobilibus victoriis celeberrimus, contra propinquos Maurorum Reges egregiè rem gessit.

Casus tragici, calamitates publica.

24

Henricus IV. Regno spoliatus, eò mendicitatis, & miserix redactus est, ut ab Episcopo Spirensi victum sibi, ac locum Clerici in Choro nequicquam quæreret.

Latini innumeri cujusvis ordinis à Græcis cæsi 1183.

Andronicus Alexii nepotis strangulator, altera manu, & oculo mutilatus, scabroque camelo præposterè impositus, ac circumductus, vulgi furore, harpagonibus ferreis frustulatum discerpitur 1185.

Motus elementorum. & signa de Cælo

25

Visi gemini Soles 1105. & acies cælestes permultæ 1109.

Ravennæ pluvia sanguinea 1113.

Terræmotus in Italia quadragenarius, villam aliò transfert 1117.

Padus

Padus ex alueo sublimis extat in fornacis modum, data transeuntibus via 1117. In Gallia tellus præ calore flammam emittit 1135.

Ingens mortalium clades ex Belgica Oceani effusione per 12. millia 1164.

Ætna solito vehementiùs deflagante, tota Sicilia terræ motu concussa est, magna hominum strage, plura prostrata oppida, Catana in primis, in qua nulla domus superstit 1164. *Fazell. Bonfil. ex Baron. 1169.*

26

Res memorabiles, sive sacra, sive profana.

Joannes Comnenus Imper. multiplici de Turcis, Scythis. Hungaris parta victoria, Deiparæ, cujus ope vicerat, imaginem pro se triumphare voluit.

Manuel Comnenus Augustus, posito genu, afflictum ex casu generi sui Balduini III. Hierosolym. Regis brachium sua manu curare voluit, amore vincente majestatem.

Fridericus Ænobarbus, cum ab Alexandro III. se totum avertisset Gibellinorum, & Guelphorum nominibus ex veteri Germaniæ discordia repetitis, pestiferas tota Italia factiones excitat. Qui partes Augusti sequerentur Gibellini, qui Pontificis Guelphi appellati.

27

*Schola, Academia, Literarum incrementa,
& detrimenta.*

Academia Monspeliensis 1196.

Hoc primum sæculo, quasi quadam literaria Republica instituta, Rectores Universitatibus dati, alique veluti Magistratus inventi.

Tri-

Tribus disciplinis honorum gradus constituti,
Juris Civilis, Medicinæ, ac Theologiæ.

— Lothario II. & Conrado III. imperantibus literæ, quæ à Barbaris conculcatæ jacerant, oculos aliquando tollere incipiunt. *Sub illis enim magna per Europam, doctrinaque nobiles viri extiterunt; & nata Scholastica Theologia, & accuratius colitur Philosophia cepit.*

Theologia positiva.

28

Radulphus Ardens, Philippus Solitarius, Berengofus, S. Anselmus Cantuar., Eadmerus, Joannes Fiscanensis, Odo Camerac. Leo Marsic. Jvo Carnot. E. S. Anselmus Laudun. E. Herveus Cenoman. Honorius Augustod. E. Antonius Meliffa, Goffridus Vindocin. Hildebertus Cemoman. Rupertus Ab. Hugo de S. Victore, S. Bernardus, Drogo Card. Oñien. Guillelmus Leodiensis, Guericus Ab. Aelredus Ab. Isaac. Ab. de Stella, Richardus à S. Victore; Joannes Saresberien; Petrus Cellensis, Petrus Cantor, Petrus Blesensis, S. Hildegardis V. Alanus Insulensis, Philippus Ab. Bonæ Spei, D. Amedeus Laufan. E. Potho Prumiensis, Zacharias Chryfopolitan. E.

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

29

Stephanus Halberstatensis, Rodulphus Ab. S. Trudonis, Gansfredus Antifiodor. S. Anselmus Cantuar. S. Bernardus Ab. Theorianus, Petrus Cluniac. Ab. Hugo Etherianus:

Petrus Lombardus Novariensis, sed Parisiensis E. & Bandoinus Scholasticæ Theologiæ Fundatores:

Guil-

Guillelmus Antifiodorensis Scholasticus, vel Scholastico similis.

30

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores.

Lotharius II. jubet Italos omnes uti jure Romano; hinc illud Bononiæ suscipit interpretandum Vvernerus, sive Irnerus dictus *Lucerna Juris*. Mox post illum Pileus Modic. Hugolinus, Placentius Bagarottus, Bosianus, Martinus, Bulgarus.

Innocentius II. Causidicis Romanis certas mercedes assignat, vetatque clientum patrocinium esse venale.

Ivo Carnot. E. Theodor. Balsamon. E.

Stephanus Aurelian E. floret.

Gratianus edit Decretum 1151.

Laborans C. Canones colligit.

S. Ericus R. & M. Svecis, & Gothis jura dedit.

Jurisperiti rebus intenti in eo saculo, quo latina lingua penè defecerat, verba neglexere: & hinc barbaries eorum scriptis affusa.

Philosophia

31

Averroes, sive melius Avenrhoes Arabs Cordubensis Philos. & Medicus, cujus filii in Aula Aenobardi aliquando vixere.

Baalardus Ab. Arhelardus Ab.

Michael Anchialius Patr. C. P. & Philos. nobilis 1172.

Vix nata Scholastica Theologia sui amatores ad acrius Philosophiæ studium incitavit, illius ope ad progrediendum indiga.

Medi-

Medicina.

32

Joanna fil. Mesuah., sive, ut Latine dicimus, Joannes Mesue. Hic à Bzovio anno 1198. perperam confunditur cum S. Ioanne Damasceno, qui sæcul. octavo floruit. Tanti eum Superioribus sæculis Medici fecere, ut Medicorum Evangelistam appellarint.

Rabbi Moyfes filius Maimonidis.

Averroes non ininùs inter Medicos, quàm inter Philosophos nobilis; quare ab aliquibus dictus est, *Stimulus Medicorum.*

Bartholomæus Salivarius, Alpharabius 1200.

S. Hildegardis Virgo librum de Medicina reliquit. *Richer. Monachus.*

Mathematica.

33

Rab. Abraham, Athelardus, sive Adhelardus, Daniel Morlæus, Abraham Ben-Ezra, Alpetragius, Almæon Almanforius, Robertus Lincolnensis, Humenus Aegyptius, Clemens Langtoniensis, Benchore, Omar Tiberiadis. Astrol.

Averroes, Alderius vulgò Geographus Nubiensis, Abifelda Geograph. Arabs, & Princeps Syriæ.

Campanus Novariensis, præter quem cum Vossio alium inter Mathematicos, sive hoc, sive alio sæculo Campanum non agnosco.

Historia, & Chronologia.

34

Osbertus Cantuar. qui perperam cum Osberno confunditur, Leo Ostiens. Car. Baldricus Noviodun. Alfredus Beverlacenf. Sigebertus, Turgotus, Florentius Vigorniensis, Zonaras, Pandolphus

phus Pifanus Card. Colmas Pragensis, Anna Comnena, Fulco Beneventanus, Albertus Aquensis, Fulcherius, Eadmerus, Domnizo, Hermanus Ab. Tornacensis, Guillelm. Malmesburiensis, Baldricus Dolensis, Anselmus Gemblacensis, Henricus Huntidonensis, Constantinus Manasses, Hel moldus, Michael Glycas, Joan. Cinnamus, Joannes Saresberiensis, Radevicus, Ottho Morena, Petrus Comestor, Godefridus Viterbiensis, Guillelm. Tyrius, Guillelmus Litle.

35

Rethorica, Oratoria, Poesis.

Galfredus Rhetor, & Poeta.

Baldricus, Guntherus, Joann. Tzetzes, Gotfridus Vinton. Guillelm. Cefirensis, Rupertus Tutiens. Ab. Petrus Pictaviens. Joseph. Iscanus Marbodus E. Poetae.

Hildebertus E. Poet. & Orat.

Leo ob excellentiam in pangendis carminibus rhythmicis antea inventis, nomen illis fecit. *Papebroch.*

Poetae Provinciales hoc saeculo praecipuam Poesis laudem ferre coepere.

Italici Rhythmi primo apud Siculos usurpati, mox ab illis sequenti saeculo transiere ad Italos. *Petrarcha in Praef. Epist. ad Favn.*

36

Philologia, & Grammatica.

Eustathius Homeri interpres, & Joannes Saresberiensis Philol.

Rabbi Aben-Efra, sive Abraham Ben-Efra, & R. David Kimchi Hebraei Gramm.

Romanus Populus lingua, quam nunc Italicam dicit.

dicimus, hoc avo utebatur, ut liquet ex epistola Cleri Rom. ad Æno-barbium data 1160. apud Baronium, in qua hæc verba adducuntur: Papa Vittore S. Pietro 1^o elegge.

Ante Philippum Augustum nullus liber Gallicæ lingua scriptus fuerat, Genebrardo teste. Nec, ut ego censeo, ullus Italica.

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Bombycinæ vestes captivatis Græcis opificibus Orbi occiduo innotescunt, agente Roderico Siculo.

Carrociū præcipuum (olim apud Italos in bello Vexillum, à curru, cui soleret imponi, appellatum) hoc sæculo ab Archiepiscopo Mediolan. Heriberto inventum putat du Fresne, sed ejus usus videtur antiquior.

Vino excoqui cœpere cadavera, ut ossa possent à carnibus facilius separari. Vetuit id postea sequenti sæculo Bonif. VIII.

Triboccus militaris machina celebris olim apud Germanos primò apparuit in expeditione Thuringica sub Othone IV. *Genebrard.*

Urbium natales, & alia Architectura opera illustra

38

Galitium in Lusitania 1123. Rostochium 1145. Berlinum 1142. Alexandria à palea dicta 1168.

Mediolanum, Cremona, Placentia ab Æno-bardo excisæ, brevi felicius resurgunt 1168.

Berna, & Friburgum 1180. conditæ.

Templum maximum B. Virgini Lutetiæ sacrum, quod Robertus Cenalis *lib. 2. Histor.* Ephesino Dianæ præferre non dubitavit, inchoatur ab

Y

Epi-

Episcopo Mauritio de Sully. Nunc multis per Europam. posthabetur.

39

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

Turres hoc etiam ævo, munitasque Domos, sibi Romani Proceres parare solebant.

Quamvis iam melior ædificandi ratio alibi in Italia floreret, nondum Romæ a surgebat.

Vestigia tamen apparent in Turri Campanaria Sessorianæ Basilicæ, addita à Lucio II. eam instaurante.

In porticu Basilicæ Liberianæ ab Eugenio III. ædificata, quamvis postea à Gregorio XIII. refecta: & denique in Templo S. Salvatoris ad Cupellas.

40


Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

Ephrem musivi operis Pictor, à quo sub Manuele Comneno ornatum Templum Bethlemiticum B. V. sacrum.

Innocentio II. Ædem D. Mariæ Transtyb. instaurante, pictum est opere musivo ejusdem Ædis Odæum, & imagines è regione Sacrarum.

Imagines anaglyphæ in epistylis marmoreo januæ S. Pudencianæ, Statuariam aliquid jam felicius audentem ostendunt; & ideo sæculo huic assignandæ artem instauranti.

Idem præterea suadere videntur rythmica carmina, & in syllabis, rudis sæculi more peccantia.



SÆ.


SÆCULUM XIII.

Christi Vicarii Romani Pontifices .

179	Honorius III. Rom. à 1216. ad 1227.	10	8
180	Gregorius IX. Capuanus à 1227. ad 1241.	14	5
181	Cœlestinus IV. Mediolan. 1241.	D.	17
182	Innocentius IV. Genuensis à 1243. ad 1254.	11	5
183	Alexander IV. Anagninus à 1254. ad 1261.	6	5
184	Urbanus IV. Trecensis à 1261. ad 1264.	4	3
185	Clemens IV. Gallus à 1265. ad 1268.	3	10
186	B. Gregorius X. Placentinus à 1271. ad 1276.	4	3
187	Innocentius V. Gallus 1276.	0	5
188	Hadrianus V. Genuensis 1276.	0	7
189	Joannes XXI. Lusitanus à 1276. ad 1277.	0	8
190	Nicolaus III. Rom. à 1277. ad 1280.	2	9
191	Martinus IV. Gallus à 1281. ad 1285.	4	1
192	Honorius IV. Rom. à 1285. ad 1287.	2	0
193	Nicolaus IV. Asculanus à 1288. ad 1292.	4	1
194	S. Cœlestinus V. Campanus 1294.	0	5
195	Bonifacius VIII. Anagninus à 1294. ad 1303.	8	10

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversia .*

Septemviro Imperatoris Electores ab Innocen-

tio IV. in Concil. Lugdun. institutos cum Card. Baronio censeo.

Vicedominum unius diei Pontificem inter Hadrianum V. & Joannem XXI. non agnoscimus; nullum enim hujus rei satis locupletem testem habemus. *Papebroch.*

Qui Siculis Vesperis causam à Nicolao III. datam opinantur, egregii Pontif. nomini notam proculdubio calumniosam inurunt.

Bonifacii VIII. R. Pontif. post annos 300. ex-pers corruptionis cadaver inventum, calumnias illi ab adversariis intentatas apertè redarguit. *Raynald.* -

3

*Romani Pontificis in Ecclesiæ Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

Romana Ecclesia super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christianissimum, & magistra. *Concil. Lateran. IV. 1215.*

SS. Patres in Conciliis congregati nihil statuere possunt, nisi auctoritate Summi Pontif. interveniente. *S. Thom. Aquin. contra Impugnantes Relig. c. 4.*

Sola Roma universaliter, sicut Sol super planetas habet plenitudinem potestatis super omnes Ecclesias. *S. Bonavent. Serm. 24. in Hexam.*

Siciliæ, & Hungariæ Reges frena tenuere a selli, cui Cœlestinus V. insidebat 1294.

4

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & uices.*

A Gregorio IX. ad Cœlestinum V. Cardinalium

lium numerus aded imminutus est, ut nunquam plures, quàm 22. aliquando vix 10. aut 8. recenserentur.

Purpureus galerus Cardinalibus datus ab Innocentio IV. in 2. Concil. Lugd.

Conclavis ad Pontificem eligendum initium Viterbii, S. Bonaventura persuadente 1270.

Gregorius X. severiores de eligendo Pontifice leges tulit.

Nicolaus IV. dimidiam Pontificiorum vestigalium partem Cardinalibus assignat.

Bonifacius VIII. primus duplici corona thiam circumdat.

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

5

E D. Francisci familia septem 1219. totidem 1221. à Mahometanis cæsi.

S. Angelus Carmel. ab Hæreticis in Sicilia 1222.

S. Engelbertus Colon. E. 1225. interficitur.

Innumeri Christiani obruncati à Mindano Lithuanorum Duce, & Christi desertore.

S. Petrus ex Ord. S. Dominici Sacrorum Quæstitorum patronus 1252. Vvernerus puer furtim à Judæis occisus in oppido Vvesaliensi 1288.

Monaldus Ord. Minor. non tamen Beneventan. Archiep. Arzenghæ in Asia à Saracenis cæsus anno 1288. seu 1289.

Concilia generalia, & Provincialia.

6

Duicense, & Senonense 1201. Londinense 1202. Scoticum 1203. Monslimeriense 1208. Avenionensis 1210. 1270. 1279. 1282. Romana 1210. 1228. 1234. Parisiensis 1212. 1223. 1228. Vaurense, &

Y 3

Murel-

Murellense 1213. Monspelliensia 1214. 1258. Londinensia 1214. 1237. 1268. 1291. 1297.

Lateranense IV. G. XII. 1215. sub Innoc. III. Oxoniense 1222. Germanicum 1225. Narbonensia 1225. 1235. Leodiense, & Vvestmonasteriense 1226. Tolosanum 1229. Terraconensia 1229. 1242. 1279. Castro Gonteriana 1231. 1268. Biterrensia 1233. 1246. Arelatensia 1234. 1251. 1260. 1275. Turonensia, 1236. 1239. 1282. Campinacense 1233. Vvorcestrése 1240. Valle Guidonense 1242.

Lugdunense I. G. XIII. 1245. Valentinum 1248. Salmuriensia 1253. 1276. Albiense 1254. Burdegalense 1255. Danicum 1257. Rosfiacense 1258. Coloniensia 1260. 1280. Copriniacense 1260. Lãbethensia 1260. 1261. 1281. Nannetense 1264. Viennense in Austria 1267. Ravennensia 1269. 1286. Andegavensia 1269. 1279. Senonense 1269. Compendiensia 1270. Redonense 1273. Lugdunense II. G. XIV. 1274. Salisburgensia 1274. 1281. Bituricensia 1276. 1286. Langeliese 1278. Pontocomacense, Budense 1279. Insulanum 1286. Herbipolense 1287. Mediolanensia 1287. 1291. Aschaffenburgense 1292. Rothomagensis 1299. Bajocense 1300.

7

Sanctitate clari in utroque sexu.

S. Dominicus 1221.

S. Franciscus Assisias 1226. S. Elisabetha Hungar. 1230. S. Antonius Patav. 1231. S. Hedvigis Polon. 1243. S. Lutgardis V. 1246. S. Clara V. & B. Rosa Viterbien. 1252. S. Petrus de Nolasco 1256. S. Hyacinthus 1257. S. Ludovicus R. Gallia 1270.

SS. Tho-

SS. Thomas Aquin. & Bonaventura Car. 1274. S. Raymundus de Peniaforte 1275. S. Philippus Benitius 1285. S. Albertus Carmel. 1292. B. Margarita Cortonenfis 1297. S. Ludovicus E. Tolofanus 1298. quem fequenti fæculo inter Sanctos relatum mater Maria Siciliae Regina 1317. adoravit. *Raynald.*

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

8

Dominicani, & Franciscani barbaras Tartarorum mentes Evangelio mitigare fatagunt.

Bella Sacra varia per S. Ludovicum Galliae R. & alios.

Judæorum ex Gallia expulſio primùm 1253. tum 1295.

Pruffi, & Jazyges Chriſto ſubiiciuntur.

Dominicani in Armenia uberes ex divini verbi ſemente fructus efferunt.

Nicolaus Sabellus E. Albanenſis, poſtea Honorius IV. Norvegiae Apoſtolus.

B. Odericus, & Socii è familia S. Franciſci, Cattai, & Thibeti regnis primi Chriſtum annunciant.

Sacri Ritus inducti, antiquati.

9

Pulſatio Campanæ in Hoſtiæ Sacræ elevatione, & ſalutatione Angelica.

Rofarium Deiparæ, nobiliſſimum D. Dominici inventum, ab eo, & aſſeclis propagatur.

Scapulare Marianum datur ab ipſamet Auguſtiſſima V. Maria B. Simoni de Stoch Carmelitæ 1261. Feſtum SS. Sacramenti, & Officium, egregium D. Thomæ Aquinatis opus 1264.

Magi-

Magisterium S. Palatii ab Honor. III. institutum. Initium Confraternitatum Pœnitentium 1270.

Nicolao IV. sedente denuo Sacrarum Imaginum locus nobilior dextera.

Jubilæi celebratio ritu solemniori singulis 100. annis renovata 1300.

10

Sacer Cœlibatus, Ordines Religiosi.

Equites Cruciferi in Livonia 1205.

Dominicani 1206. Franciscani 1209.

Eremitæ S. Pauli in Hungaria 1215.

Ordo S. Mariæ de Mercede Redempt. Captivorum 1218.

Moniales S. Claræ 1223. Ordo Vallis Scholarium 1215. Servitæ 1216. sive 1233. Militia Montefiæ 1233. Equites gloriosæ Virg. Mariæ 1233.

Eremitæ S. Augustini in unum coacti 1242. Silvestrini 1269.

Cœlestini per S. Petrum Moronum instituti 1274. Carmelitæ nova veste donantur ab Honorio IV. 1286.

Hoc primùm sæculo Rom. Pontifices jubent, Religiosa Instituta Apostolica auctoritate sanciri, atque approbari.

11

Miracula.

Innocentius IV. S. Stanislaum Cracov. Sanctis adscripturus, coram populo, illius ope implorata, mortuum vitæ restituit 1253.

Duo è Coelo pueri Friderico R. Messanensi Antifiti, Clero, & populo in Templo supplicibus enunciant, in funere S. Alberti Carmel. canendum: *Os Justi &c.* Mira-

Miraculis fulgent SS. Dominicus, Franciscus, Antonius Patavinus, Hyacinthus, Albertus.

Scribunt S. Bonaventura, Jacobus à Vitriaco, Thomas Cantiprat.

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Fridericus II. Ænobarbi nepos, dolis, edictis, Saracenis in Italiam vocatis, bellis iniquissimis, Sacros Antistites, Romanos Pontifices, Ecclesiam per annos 30. turbat, & vexat, Imperatoris nomine bis per Rom. Pontificem exutus.

Inter Dominicanos, & Franciscanos Theologos, magnis utrinque conatibus celeberrima de Conceptu Desparæ controversia incipit agitari.

Hæretici.

13

Almaricus Carnotensis, David Dinantius, Guillelmus de S. Amore, & Desiderius Longobardus religiosæ paupertatis hostes.

Flagellantes, Gerardus Sagarellus.

Hermannus auctor Fraticellorum, qui & Bisochi, Viduarum, Matronarum, & Virginum, quas pelliciebant ad nocturna Sacra, corruptores. *Perperam à nonnullis cum Beguardis, & Begbinis confunduntur. Quietistis nostri avi cum his multa communia.*

Imperatores Romanorum.

14

OCCIDENTIS

25 Otho IV. Saxo ad
1219. 10
Vacat Imper. ad 1220.

ORIENTIS

Constantinopoli expugnata, 1204. occupant Imperium

26 Fri-

26 Fridericus II. Sue-
vius ad 1250. 31

*Vacat Imperium, dum
pro illo contendunt,
Guillelmus Hollandus,
Richardus Anglus, &
Alphonsus Castellanus
ad 1273.*

Imperio vacante ini-
tium habuit Societas Ci-
vitatum, quæ à Germa-
nica voce Hanfa dictæ
sunt Hanseaticæ.

27 Rodolphus Austri-
us ad 1291. 19

*Armis, & pietate clarissi-
mus, Austria Alberto
filio data, inelyta fami-
lia nomen fecit.*

28 Adolphus Nassau.
ad 1298. 6

29 Albertus Austr. ad
1308. 10

LATINI.

65 Balduinus Flander
ad 1205. 1

66 Henricus ad
1216. 12

67 Petrus Antifiodo-
rensis 5

Vacat Imper. ad 1220.

68 Robertus ad
1228. 8

69 Joannes III. Brienn.
ad 1239. 11

70 Balduinus II. ad
1261. 13

*Dum Constantinopoli La-
tini sedent, imperant
Nicaea in Bithynia Graeci,
Theodorus Lascaris I. Joannes Ducas
Vatacius, Theodorus
Lascaris II.*

*Pulsis Latinis 1261. redeunt
GRÆCI.*

71 Michael Paleolo-
gus VIII. ad
1283. 23

72 Andronicus II. Pa-
leologus. ad

1332. 49

15 R. Imperii, & Italia vices, Respublica, Principes.

Gherardeschæ Comites in Etruria opibus præ-
pollentes.

Paſ-

Passani Domini, postea Comites memorantur.
Fridericus II. Suevus jure matris Constantiæ
Rex utriusque Siciliae 1209.

Marchiones à Monte S. Mariæ beneficio Friderici II. Cæsaris pluribus oppidis potiuntur.

Ubertus Marchio Pallavicinus Brixiae, & Cremonæ Dynasta, Parmæ, Placentiæ, Ticini, & Mediolani rerum arbiter. 1259.

Malespinæ Luca pelluntur ab Obiziis, quibus Cives ultrò se dedunt 1260.

Carolus Andegavensis R. utriusque Siciliae 1263.

Mantua sibi Consulem creat 1274.

Pisanorum opes, accepta ad Lamellam à Genuensibus clade, concidunt 1284.

Florentini, Lucenses, aliique per Italiam populi, empta à Rodulpho Cæsare libertate, Magistratus eligunt 1286.

Sub Carolo II. Andegavensi Regna Neapolis, & Siciliae dividuntur; hæc Aragoniis cedit 1288.

Obizo II. Atestinus Mutinæ, & Regii Dominus 1288.

Theodorus Paleologus, jure Jolandæ matris Mōtisferrati Marchio 1293.

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

Joannes R. Angliæ, & Hiberniæ suprema jura in Rom. Pontificem transfert 1213.

Hoc, & sequenti sæculo Senator Urbis, vel Rex, vel è regio plerumque sanguine deligebatur.

Insula Mona vectigalis Ecclesiæ Rom. 1219. Fe-retranus Comitatus Ecclesiæ Rom. relictus 1236.

Urbium Friderico Feltrio à Cœlestino V. 1240.

Camerinum Gentili à Varano donatur ab Alexandro IV. 1261.

Frider-

Fridericus II. Cæs. Flaminiam, & Æmiliam occupat 1241.

Picenum, cæso Manfredino, recuperatur à Clemente IV. 1266.

Rodolphus I. restituit quæ Fridericus rapuerat 1275.

Guido Feltrius I. Comes Urbini 1295.

Traversariis aut pulsis, aut extinctis Polentani Ravennæ dominatum usurpant 1300.

17

Reges Gallia

Ludovicus VIII. ad 1226. 3

S. Ludovicus IX. ad 1270. 44

Carolus Andegavens. S. Ludovici fr. Uxoris jure Provincia Comes, Raymundo Berengario Socero sine prole mascula obeunte 1245.

Robertus S. Ludovici f. tertio loco genitus, ducta Borbonii Ducis hæredede cognomen in Regiam familiam cum hæreditate transfert.

Philippus III. Audax ad 1285. 15

Philippus IV. Pulcher ad 1314. 29

Tres hujus filii. Regnum adepti, magnis afflicti cladibus, sine stirpe periere.

18

Hispania Reges.

Henricus I. ad 1217. 3

Alvarus Lara Comes turbas excitat.

Ferdinandus Sanctus filius Alphonfi Legionensis ad 1252. 35

Alphonso patre extincto, Legionense Regnum Castellano addit, 1230.

Cordubam, Hispalim aliaque oppida Mauris eripit. Regnum Castella Senatam instituit, Regnum Granatense recuperat 1237.

Alphon-

Alphonfus X. Sapiens ad 1284. 32

Carthaginem, Silvam, Pacium de Mauris recipit.

Sanctius IV. Strenuus ad 1295. 11

Fratri primogeniti filii Alphonso, & Ferdinando dejectis.

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatum initia, & vices.

19

Valdemarus II. primus Danorum, & Vandalorum simul Rex 1203.

Nerius, sive Rainerus Acciajulus Achajæ Princeps, Athenarum Dux.

Otho Parvus è gente Ateffina I. Dux Brunsvicensis, & Luneburgensis 1230.

Ducatus Brabatiæ ex Lovaniensi Comitatu 1247.

Eduardus I. ab Henrico III. patre primus è Primogenitis Regum Anglorum dictus Valliæ Princeps cæso Leolino 1254.

Chios à Michaele Paleologo donatur Genuensibus 1260.

Islandi Naquino Norvegiæ Regi se spontè tradunt 1265.

Austria, Stiria, Tirolis, & Carinthia, Rodulphi Imper. familiæ cedunt 1282. moxque etiam Burgundia, & Bohemia.

Primislaus Polonus Regiû nomen repetit 1295.

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

20

Alexius Comnenus Trapezuntini Imperii fundamenta jacet 1203.

Capta Constantinopoli Balduinus Imp. Venetis Cretam, Ionii, & Ægei maris insulas, Bonifacio Montiserratensi Thessaliæ Regnum, aliis alia præmia virtutis attribuit 1204. Chin-

Chingiscamus Tartarus, Chorasmiiis domitis, regnat in Perside 1227. & post eum Zagathay, sive Hallon.

Mamelucchi in Ægypto regnant 1245.

Tartari Sinas occupant 1278.

Aladino Sultanorum Iconii ultimo extincto 1290. Turcarum Regnum in septem Dynastias dividitur.

Cassanus Tartarus 40. Saracenorum millibus in Syria cum Sultano Ægyptio profligatis, redit in Persidem 1292.

21

Bella clariora.

In Anglia bella civilia inter Eboracenses, & Lancastrenses Duces, sub Albæ, Rubræque Rosæ nomine; quibus post 30. prælia, trium Regum, & plurimorum Principum cædes, Henricus VII. Angliæ Rex anno 1485. finem imponit.

Tartarorum contra Persas, & Saracenos toto ferè sæculo bella prosperè gesta.

Fridericus II. Cæs. bello plerumque inglorio, Guelforum, & Gibellinorum factionibus revocatis, ab anno 1234. ad 1250. fœdum in modum Italiam lacerat.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Theodorus Lascarus parva manu ingentes Turcarum copias delet, obtruncato Sultano 1209.

Miramolinus cognomento Viridis cum 600. Saracenorum millibus profligatur à Regibus Alphonso Castellæ, Petro Aragoniæ, Sancio Navarræ 1212.

Ocīngenti Cruce signati, Duce Simone Montfortio

fortio Tolosanorum, & Aragonum 100. millia fundunt 1213.

Pugna Boviensis, in qua à Philippo Augusto Gallix R. victi Otho Cæsar, Joannes Anglus, Ferdinandus Flander, qui certi propemodum victoriæ, catenas captivis vincendis attulerant 1214.

Belli Duces nobiliores

23

Simon Comes Monfortius bellica laude, & pietate clarissimus.

Nicolaus Spinua, Anfaldus, & Andreolus Marii sub Friderico II. Cæfare.

Actius IX. Atestinus Italiæ, & Ecclesiæ propugnaculum.

Matthæus Montmorantius Mars Gallicanus.

Guillelmus Vallasæus Scotiæ Columnen.

Alphonfus Perez Gusmanus Tariffæ Præfectus.

Farinata de Ubertis Florentinus.

Ezelinus à Romano Patavii Tyrannus.

Ubertus Auria, Lambas Auria Genuensium Classium Præfecti celebres.

Casus tragici, Calamitates publica.

24

Otho IV. Imperio dejectus, multis tum in Italia, tum in Germania attritus cladibus, in Saxonix latebram se recepit, ubi haud ita multo post obiit ex mæore 1218.

Lue absumpta pecorum vis immensa, in Gallia & Germania 1223.

Conradinus Suevus, & Ferdinandus Austriæ Dux securi percussi Neapoli 1268.

Ve spe-

Vesperæ Siculæ, in quibus ad conditum Vesperarum signum Galli omnes in Sicilia cæsi 1282.

25

Motus elementorum. & signa de Cælo

Cometa insignis 1211.

In Frisia mare effusum centum hominum millia mergit 1218.

Ob horrendam Solis Eclipsim 6. Octobris Stellæ in die visæ 1241.

Mons in Burgundia à reliquis dehiscens, multa rusticorum millia opprimit 1241.

Saturni Stella in die apparuit 1283.

Piscis marinus Leoni similis captus in mari Thyrræno 1281.

Horrendus in Italia terræmotus 1298.

Cometes planè prodigiosus, qui tres ante menses ardere cæperat, Urbano IV. moriente evanescit. 1264.

26

Res memorabiles, sive sacra, sive prophana.

S. Ludovicus Galliarum Rex oblatam sibi à Rom. Pontif. Sacerdotia conferendi potestatem non admittit, satis sibi curarum, & periculi dictitans in prophanis administrandis 1268.

Natalis Deiparæ domus, deficiente cultu, ex Asia in Europam Cœlestium ministerio transit, ac primò in Dalmatia, mox in Italia confidet; à loci domina Laureta, Lauretana dicta 1294.

Factiones Alborum, Nigrorumque Pistorii exportæ tota penè Italia propagantur. Prò Gibellinis Albi, prò Guelphis Nigri appellati.

*Schola, Academia, Literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Parisiensis Academia à S. Ludovico instaurata
1232.

Viennensis in Austria 1239. Salmanticensis 1240.
Aberdonensis in Scotia 1240. Cantabrigensis
1277. Neapolitana, & Perusina per Fridericum II.
1290.

Robertus Sorbona celeberrimo Parisiis Theo-
logorum Collegio initium, & nomen dedit 1265.

Alphonsus X. Castellæ Rex literis favet, ni-
mium tamen Astrologiæ addictus.

Theologia positiva.

28

Innocentius III. S. Franciscus Assis. S. Antonius
Patav. R. Jordanus de Saxonia Or. Prædic. Stepha-
nus Langton. Jacobus de Vitriaco Card. S. Edmun-
dus Cantuar. E. Hugo de S. Caro Card. Humbertus
Vienn. Vincentius Belloc. E. Robertus Sorbo-
na, B. Albertus Magnus, S. Thomas de Aquino,
Thomas Cantiprat. S. Bonaventura Card. Duran-
dus Mimatensis E. Guillelmus Peraldus E. Richar-
dus à S. Laurentio, S. Mechtildis V. Petrus de Ta-
rantasia, postea Innocentius V. David de Augu-
sta, Petrus Peckam, S. Gertrudis V. Alanus de
Insulis.

Concordantiæ Bibliorum editæ, Biblia Sacra
Capitibus distincta. 1240.

Theologia contentiosa; Suspecta Patrium scripta.

29

Nicetas Choniates, Lucas Tudenis, Guillelmus
Diaconus, cujus opus Ms. contra Judæos Possé-
vinus

vinus perperam tribuit Petro de Palude.

B. Albertus Magnus, S. Thom. Aquinas. S. Bonaventura Gard. Raynerus Sacconus Ord. Prædicat. quem falsò nonnulli *Pantbeologia* Scriptorem agnoscunt.

Raymundus Martini, cujus *Pugio Fidei* meritò laudatur.

Pantaleo Diaconus Græcus contra præcipuos Græcorum errores scripsit.

Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores

30

Petrus Pictaviensis, Guillelmus Parisiensis, Robertus Pullanus, Præpositus, quem S. Thomas aliquoties laudat.

Alexander Hallensis falsò creditus D. Thomæ præceptor.

Petrus Alvernus, Petrus de Tarantasia, postea Innocentius V. Aegidius Columna, Uldaricus de Argentina, Henricus Gandavensis, Richardus de Media Villa.

Azzo fons legum, Sinibaldus postea Innocentius IV. Jacobus de Bellovisu, S. Raymundus de Peniaforte, Henric. Card. Ostiensis, Guillelmus Durantes Speculator Castri Cognominis in Umbria conditor, nunc ab Urbano VIII. cum Episcopi honore nobilius Urbanæ nomen nacti. Accursius Odofredus, Guido de Bayso, Joannes de Blanasco, Franc. Accoltus, Alexius Aristinus Græc. Canones colligit.

Gregorius IX. vetat in Academia Parisiensis tradi Jus Civile: *Genebrard.*

Alphonfus X. leges, quas *Partitas* vocant, Hispanis dedit.

Boni-

Bonifacius VIII. Decretal. VI. evulgat 1297.

Philosophia

31

Alfredus, Theodorus Metochita, Kilvarbius, Petrus Hispanus, seu potius Lusitanus, qui postea Joannes XXI. Pontif. Rom.

Alexander Hallensis, B. Albertus Magn. Vincentins Bellovacensis, Robertus Capito.

Hallensis, Albertus, & S. Thomas præcipue Aristotelem, quo Arabes contra nos abuti consueverant, Christianæ veritati servire docuerunt.

Michael Scotus, Alexander de Villa Dei, Raymondus Lullus mirabilis artis inventor, sed plerumque fallacis.

Parisiis 1210. non Aristotelis opera, sed falsò Aristoteli adscripta, damnata, & combusta sunt, ut Labbeus rectè monet.

Medicina.

32

Hugo de Arato, Demetrius Pepagomenus, Nicolaus Myrepsus aliquod inter Medicos nomen tulere.

Rigordus Philippi Augusti Regis Galliarum Medicus.

Joannes de S. Ægidio Theologus familia S. Francisci, & arte medendi nobilis. Joannes XXI. P. R. cujus opus est liber Medicis notus: *Tesaurus pauperum*.

Cæterùm quæ superiore sæculo visa erat assurgere, hoc iterum sæculo cecidit ars medendi.

Addam hic, quoniam locus patitur, nobiles ævi incerti Medicos.

Paulus Ægineta, Agapius Alexandr. Stephanus Atheniensis.

Z 2

M3-

Jordanus Nemorarius, Hali filius Alben regalis, Joannes de Sacrobosco, Alexander de Villa Dei, Jacobus Alkindus, Alphonfus X. R. Castellæ, Vitellio, Rogerius Baconus, Guido Donatus.

Albuassin, sive Alboazen, Henricus Baten. Rab. Isaacus Hazan, qui in Tabulis Alphonfinis conficiendis desudavit: Astrol.

Joannes Murfia musicum Aretini Guidonis inventum 300. circiter post annis perfecit.

Ptolemæi Magna constructio Latinè vertitur 1230.

Tabulæ ab Alphonso Rege Alphonfinæ dictæ 200000. numm. sumptu à pluribus elaboratæ 1270.

Saxo Grammat. Nicetas Choniates, Helinandus, Guntherius, Rogerius de Hoveden.

Rigordus, Colmannus Sapiens, Rodulphus Coggestal, Arnoldus Lubecensis, Cæfarius Heisterbacensis, Abbas Urspergensis, Rodericus Ximinius, Lucas Tudenfis, Jacob. de Vitriaco Card. Matthæus Paris, Albertus Germanus, Joannes de Columna auctor Matris Historiar. Cantipratanus, Brocardus, Georg. Logotheta, Martinus Polonus, Guillelm. de Nangis.

Provinciales in Gallia fistas hoc ævo historias scribendo delectant, & nocent; quia verè Historia peccare docentes.

Rhetorica, Oratoria, Poësis.

35

Cyrus Prodrômus, Silvester Gyraldus, Matthæus Vindocinensis. Poëæ.

Poëtis Provincialibus hoc ævo plaudit Europa. Inter eos præcipuè laudatur Arnaldus Daniel, ex quo Dantes, & Petrarcha plurimùm profecere.

Joannes de Meung Gallicæ Eloquentiæ parens, & Poëta.

Stephanardus de Vico Mercato Chronicon Metricum edidit, Engelbertus Ab. Poëta.

Guito Aretinus, & Entius Rex Sardinia Poëtæ Itali.

Dantes Aligerius Poëtarum Italarum doctissimus.

Philologia, & Grammatica.

36

Vgutio Ferrariensis E. auctor Diction.

Alexander de Villa Dei Grammat.

Arnaldus Daniel Poëta Provincialis patriam linguam perfecit, ex qua deinde Etrusca, sive Italica ditata est. *Vellutel. in Dantem.*

Græca vulgi lingua, imperantium Francorum vocibus pluribus admissis, à literata omnino defcivit.

Dantes Poëta Etruscæ linguæ nitore plurimum contulit, usque ad 1321. quo Ravennæ decessit.

Nova inventa, Artifices nobiles.

37

Insigne tentorii inventum ad Fridericum Imper. à Sultano missum, in quo Solis, & Lunæ imagines artificio motu cursum suum certis spatiis peragebant, & diei, noctisque horas designabant.

Conradus Schirensis Chronologus, ex Mabillo-
nio in Germanico Itiner. aliorumque suspicione,
aliquem Optici tubi usum videtur habuisse.

Conspicilla ad oculorum laborantium subsidi-
um, vel inventa, vel ostensa ab Alexandro Spina
Dominicano. *Ex Epistola elegantissimi Redi. Qui ve-
terum inventum ex Plauto putant, proculdubio fal-
luntur.*

38

Urbium natales, & alia Architectura opera illustra-

Strausbinga in Bavaria, Stokolmium in Svecia
1259. Bilbaum in Hispania conditur 1300.

Templum Ambiani maximum, Galliae totius
nitidissimum 1220. circiter inchoatur 1270. absol-
vitur. *Gallia Christian.*

Pons Londinensis mirabilis sub Joanne Angliae
Rege.

Turris Cremonensis Italicarum maxima perficitur à Guelphis 1290.

Urbevetanum Templum opere semigothico,
sed planè nobilissimum, & illo ævo admirabile
1290.

39

Architecti nobiles, Architectura Roma vices.

Tuccius, Nicolaus Pisanus, Marchion, Arnul-
phus, Lupus. Architecti illustres.

Rudis adhuc, sed solidior hujus ævi Archite-
ctura, ex his, quæ Romæ supersunt jure censetur.

Turris, quæ Comitam nuncupatur in Subur-
ra, ab Innocentio III. Turris Militiarum in Qui-
rinali jugo à Gregorio IX. extructæ.

S. Urbani Templum in regione Montium, sub
Urbanò IV. ædificatum.

Super

Superfunt ad S. Sabinam vestigia ædium ab Honorio IV. conditarum.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

40

Cimabovis, Taphius, Gaddus, musivi operis artem, & Picturam, supra Græcos artifices assurgentes restituant, sive potius ad vitam revocant penè extinctam.

Abellenatus, Aliprandus, & Nicol. Pisanus Statuarii laudantur à Vasario; sed Romæ rudem, adhuc, & jacentem utramque artem ostendunt imagines, tessellis expressæ in Odæo Basilicæ Libertianæ, & sepulchrum Guillelmi Card. Flisci in Æde S. Laurentii extra muros, & historiæ anaglyphi operis in urna, & imagines in pariete, omnino infelices.



Qui in ea, qua fruimur, temporum luce, de legitimo Urbani VI. Pontificatu dubitat, cœcutire videtur. *Videatur Papebroch.*

Annatæ à Bonifacio IX. impositæ, non piè tantum, sed jurè solvuntur.

Indictas tamen priùs ab aliis Pontificibus Genebrardus docet ex Ostiensi.

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

3

Orientalium Patriarcha Benedicti X. 1304. Chaldæorum Patriarcha 1316. Joannis XXI. potestatem supremam agnoscunt.

Clemente VI. jubente à Septemviris renunciatur Imperator Carolus IV. Ludovico Bavaro ex auctoritate 1346.

Durandus de S. Portiano, & Paludanus doctissimi inter Gallos Episcopi, potestatem jurisdictionis, quæ est ad regendum populum, totam & in suo fonte datam fuisse soli Petro, & Successoribus ejus affirmant. *V. Gausterium hoc saculo.*

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & vices.*

4

Clemens IV. in Vienn. Concil. decernit R. Pontificem posse abdicare.

Clemens VI. severas Pontific. Comitiorum leges, à Gregorio X. latas temperat.

Idem primus Diplomata gentilitiis insignibus munit. Qua in re vix habuit imitatores.

Annulus Piscatorius per hæc tempora cœptus adhiberi.

Urbanus V. primus triplicem coronam inducit.

Sub

Sub Gregorio XI. Eucharistiæ R. Pontifici iter habenti præferendæ certus usus apparet. *Angelus Roccha*.

5

Persecutiones insigniores, & in eis fidei testes.

Saraceni Christianos plurimos variis in locis pro Christi fide necant.

Jacobus è Minorum familia, qui ad Orthodoxæ fidei veritatem asserendam illæsus in igne perstiterat, cum sociis tribus clam necatur à Saracenis 1319.

Cathalanus, & Paschalis Minoritæ ab impiis, in quos de fide suspectos inquirebant, Cabioli in agro Lugdunensi trucidantur 1321. *Raynald*.

In Scythia Asiatica 6. è Franciscana familia pro Christo interempti 1341.

Alii plures è familia pariter S. Francisci, quos enumerat Bozius *de Signis Ecclesia l. 7. c. 3.*

6

Concilia generalia, & Provincialia.

Compendiensi 1301. 1304. 1329. Romanum 1302. Toletana 1302. 1324. 1339. 1347. 1355. Nugarolensi 1303. 1315. Aufcitanum 1308. Salisburgensi 1310. 1386. Colonienſe 1310. Ravenſiensi 1310. 1311. 1314. 1317. Moguntinum 1310. •

Viennense G. XV. 1311. Salmuriense 1315. Senonense 1310. Parisiensis 1323. 1346 Vallisoletanum 1324. Avenionensi 1326. 1327. Marcianense 1326. Rothomagense 1335. Castro Conterienſe 1336. Anglicanum 1341. Londinensi 1342. 1382. 1391. 1396. Noviomense 1344. Biterrenſe 1351. Lambethense 1362. Andegavense 1365.

1365. Vaurense 1368. Palentinum 1388. Cantuariense 1399.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

S. Ivo Caufid. 1303.

S. Nicolaus de Tolent. 1306. B. Angela Fulgin. 1309. B. Agnes Politiana 1317.

S. Elezarius Comes maritus, & Virgo 1323.

S. Rochus 1327. S. Elifabetha Lusit. Reg. 1336.

B. Petrus Thomas E. falsò diu creditus Martyr. 1366.

B. Joannes Columbinus 1367.

S. Andreas Corfinus E. & S. Brigitta Sveca. Vidua 1373.

S. Catharina Senensis V. 1380. S. Margarita. Vidua 1390.

Propagatio Fidei, & bella sacra.

8

Bosnia cum Principe Stephano ad Fidem adducitur.

Benedictus XII. missis divini verbi præconibus, rem Christianam inter Tartaros promovet.

Cumani, Berzenenses, Lipnenses, Patrini, & vicini admittente Ludovico Hungaro ad Christum perducuntur.

Jagello Lithuaniae Princeps Christianis Sacris initiatus, dictusque Vladislaus, Lithuaniam, & Samogitiam subiecit Christo.

Sacri Ritus inducti, antiquati.

9

Christianis. Regi data facultas Eucharistiæ sub utraque specie sumendæ.

Deipara jubente, Scapulare Marianum Joannes XXII.

XXII. sua auctoritate munit 1316.

Solēnes supplicationes ī Festo Corporis Christi. Jubilæi contracta celebratio in singulos 50. annos per Clementem VI. & in singulos 30. per Urbanum VI.

Festum Sanctissimæ Trinitatis 1334.

Angelicæ Salutationis recitandæ initio concionis morem S. Vincent. Ferrerius primus inducit. Id tamen aliqui D. Dominico tribuunt.

IO

Sacer Cœlibatus, Ordines Religiosi.

Joannes Rex Armeniæ Minoribus 1310. Humbertus II. Delphinus Viennæ Dominicanis nomen dat 1349.

Olivetani per B. Bernardum Ptolemæum instituti 1320.

Milites Jesu Christi in Lusitania 1325. Ordo Eremitarum S. Pauli in Hungaria 1328. confirmatur.

Ordo Periscelidis, vulgò *la Gartiera* in Anglia 1344. Ordo Fratrum Charitatis B. V. vulgò *Billette* 1347.

Jesuati à B. Joanne Columbino Senensī 1356. extincti 1669.

Eremitæ S. Hieronymi per B. Petrum Gambacurtam Pisanum 1385.

II

Miracula.

S. Rochus salutari Crucis signo grassantem per Italiæ urbes luem illico fugat.

Cœlestis lux diū, noctuque superfulgens Sacram Eucharistiam, in paludem à furibus projectam indicat. Rei tantæ monumentum à Casimiro

R. no.

R. nobile templum erigitur 1347. prope Cracoviam.

SS: Nicolaus Tolent. Ivo, & alii, operibus supra vim naturæ patratis insignes fuere.

B. Raymundus Capuan. Joannes Villanus, Ayto Armenus plura memorant miracula.

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Dissidium gravissimum inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum Franciæ Regem, in quo Pontifex post carceris deformationem ex mœrore obiit.

Nicolaus V. Antipapa contra Joannem XXI. seu XXII. 1316. Robertus contra Urbanum VI. 1378.

Petrus de Luna contra Bonifacium IX. ejusque Successores ab anno 1394. usque ad 1424.

Inter Rom. Pontifices post D. Petrum nullus Pontificatus annum 25. attigit, hic unus trigesimum Pseudopontifex excessit.

Hæretici.

13

Beguardi, & Beguinæ, auctore Bogonato, Dulcinus à quo Dulcinistæ, Templarii, Barlaamus, & Acyndinus, Michael de Cesena, Lolhardus Vvalterus, Joannes de Poliacò, Raymundus Theophtus.

Petrus de Cugneriis hostis jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticæ, Richardus Armacanus, Bertoldus de Borbach, Bartholomæus Janovezius, Turelupini, sive Cynici secta planè ferina, & agrestis.

Joannes Vvicleffus, qui, Vvigornienti Episcopatu non impetrato à Rom. Pontifice, ingenium & sti-

& filium in Sedem Apostolicam convertit 200. voluminibus scriptis. *Aeneas Sylvius.*

14

Imperatores Romanorum.

OCCIDENTIS

- 30 Henricus VI. Luxemburgicus ad 1313. 5
Clemens V. illi Augustalia insignia ultrò detulit, qui bonos antè id tempus esset habitus nemini.
- 31 Ludovicus V. Bavar. ad 1346. 33
Romana Ecclesia hunc inter Cæsares non agnoscit.
- 32 Carolus IV. Luxemburg. ad 1378 33
Auream Bullam condidit 1356.
- 33 Venceslaus Luxemburg. ad 1400. 22
Huic ob inertiam abrogatur Imperium.

ORIENTIS

- 73 Andronicus III. Jū. Paleol. ad 1341. 9
- 74 Joannes IV. Paleol. ad 1383. 43
- 75 Joannes V. Catacuzenus unà cum IV. ab an. 1347. ad 1355. 8
- 76 Manuel II. Paleolog. ad 1413. 40
- Crescunt hoc saculo Turcarum opes, regnantibus Orchane ab anno 1326. ad 1359. & post illum deinceps, Amurathe I. Bajazethe I. usque ad 1402.*

15

R. Imperii, & Italia vices, Respublica, Principes.

Carrarienses Patavii Domini 1308.

Manfredus Pius Carporum Dynasta 1319. Brancas Auria in Sardinia latè Dominus, & rerum arbiter, brevità Cæsare Rex appellandus, fato fungitur. *Foliotta.*

Guido Gonzaga, cæso Passerino tyranno, Mantuæ

tux I. Vicarius 1327. Posterii Marchiones.

Simon Bucca Nigra Genuæ Dux I. 1339. Floræ-
tia pulsa nobilitate Plebs dominatur. Mastinus
Scaliger I. à Veronensibus Populi Dux eligitur
1368.

Joannes Galeatius Vicecomes Mediolani Dux
à Venceslao Imper. dicitur 1386.

Lucæ hoc sæculo Domini Huguccio Faggiuola,
Castrucius Castracanus, Gherardus Spinula, qui
eam unà cum Dertona à Ludovico Bavaro dato
pretio acceperat. Inde à Cardinali Gallo, quem
Carolus IV. illi præfecerat, libertate donata, tur-
batur iterum brevi Pauli Guinifii tyrannide.

Nicienses Sabaudia Comiti se, suaque sponte
tradunt 1386.

Jacobus Appianus, cæso Petro Gambacurta, Pi-
sarum Tyrannus 1392. Filius Gherardus Plumbi-
ni Dominus 1399.

Genuensis Respublica domesticis discordiis a-
gitata ab anno 1396. ad 1528. aliquando Ducibus
suis, ter Gallia Regi, ter Mediolani Duci, semel
etiam Montisferrati Marchioni paret.

Bosius Sforzia S. Floræ in Etruria Comes 1400.
Posterii Duces.

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditis.

16

Romanis Pontificibus Avenione sedentibus, Jo-
annes de Vico, Galeottus Malatesta, Franciscus Or-
delaffus, Gentilis de Moliano, & alii Sedis Apo-
stolicæ Patrimonium lacerant: sed mox ab Ægi-
dio Car. Albernotio Legato pelluntur ab oppidis,
quæ occupaverant.

Roma deformatur, ac penè deseritur.

Sciar-

Sciarra Columna Romæ rerum arbiter 1329.
Romæ turbatum per Nicolaum Laurentium.

1347.

Ferraria cedit Atestinis 1320. Avenio emitur
à Clemente VI. 1350.

Bononia Joanni Archiep. Mediolan. venditur à
Pepulis 1350.

Malatestæ Ariminum, & alia circum oppida
tenent.

Urbanus V. abrogatis Populi Rom. Septem vi-
ris, Urbis regimen Banderefiis tradit 1367.

Gregorius XI. Romam suo reditu recreat 1377.

Perusia occupatur à Briordo 1392. recupera-
tur 1394.

Alexander Sfortia Pisauri Dominus 1400.

Reges Gallie.

17

Ludovicus X. Hucinus ad 1316. 2

Lugdunum, ex permutatione cum Episcopo cui pa-
rebat, Regi cadit 1322.

Joannes fil. vixit dies 8. 0

Philippus V. Longus ad 1322. 5

Carolus IV. Pulcher ad 1328. 7

Philippus VI. Valefius ad 1350. 22

Valefius à Comitatus titulo ante Regnum adeptum
dictus, cognomen posteris dedit.

Joannes II. ad 1364. 14

Tolosa Comitatus redit ad Regem 1361.

Carolus V. Sapiens ad 1380. 16

Carolus VI. ad 1422. 42

Rem Gallicam propenzodum perdidit.

Hispa-

Hispania Reges.

18

Ferdinandus IV. ad 1312.	17
Alphonfus XI. Justitiarius ad 1350.	38
<i>Bello clarus Mauros cladibus attrivit .</i>	
<i>Diffidiis Civilibus lacerata Respublica .</i>	
Petrus Crudelis ad 1369.	19
<i>Afratre notho victus , & interfectus , crudelitatis</i>	
<i>pœnas dedit .</i>	
Henricus II. Petri fr. ad 1379.	10
<i>Post Henricum II. Gusmana filium ex Ordine S.</i>	
<i>Dominici conscientia Moderatores eligunt Castellæ Re-</i>	
<i>ges .</i>	
Joannes I. ad 1390.	12
Henricus III. ad 1407.	16

Aliorum per Europam Regnorum , & Principatumum
initia , & vices .

19

Nicolaus Acciajulus Magn. Regni Neapolit. Senescallus, Corinthi Dynasta .
Dux Geldriæ ex Comite 1306.
Libertatis Helveticæ Tabulæ 1315.
Albertus sub Carolo IV. Dux I. Megalopolitanus.
Francisc. Catalusius Patrit. Genuens. Lesbi Princeps 1350.
Casimiro Magno Piastorum postremo extincto, eligitur à Polonis Ludovicus Rex Hungariæ 1370.
Robertus II. primus è Stuartorum Sanguine regnat in Scotia 1370. Justiniani Genuenses patritii
Insula Chio donantur à Joanne IV. Paleologo 1374.
Jagello, postea è Sacro fonte Uladislaus V. ducta Hedvige Rex Polon. 1386.

A a

Ini-

20

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

Othomanus Ortoguli filius, domitis alius Turcarum Dynastis, Prusam, magnamque Asiæ partem subigit 1301.

Mansit deinde omnibus Turcarum Regibus Othomani cognomen.

Gempsa I. Parthorum Sultanus, victo Carbandare Tartaro, potitur Perside ab anno 1350. ad 1390.

Ta Iminga familia, pulsus Tartaris, regnat apud Sinas 1368. *Martinius.*

Tamerlanes Tartarus 1391. fugatis Parthis, suos reducit in Persidem.

21

Bella clariora.

Bellum Anglogallicum tertium, quo Gallia tantum non perit per annos ferme ducentos, oritur 1336.

Bellum inter Venetos, & Genuenses per plurimum vario eventu gestum, cœpit anno 1350.

Rodulphus bellum cum Ottocaro Bohemo, Helvetis, Burgundisque feliciter gerit.

Sicilia post crudeles Vesperas à Petro Aragonio occupata, illorum jacta sunt inter Gallos, & Hispanos bellorum semina, quæ sopita sæpius, nunquam extincta, per tria sæcula adhuc dolemus.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Philippus Pulcher Galliæ Rex gravem passus est jacturam in pugna ad Curtracum edita 1302. ubi temeritate Roberti Atrebatum Comitis, flos Galliæ nobilitatis à Flandris excisus.

Alphonsus XI. Castellæ Rex, 450. Saracenorum mil-

millia cædit, 20. duntaxat è suis desideratis 1340.
Clades Gallorum per Anglos ad Cressiacum.
1346.

Veneti à Genuensibus, quos pacem flagitantes
rejecerant, ad Sapientiam insulam gravi clade
funduntur 1354.

Pugna Pictaviensis inter Anglos, & Gallos, ho-
rum clade funestissima 1356.

Petrus Auria Genuensis classis Præfectus, Vene-
tos pacem orantes, propositis durissimis conditio-
nibus, ad desperationem adigit; mox ipse fame ad
deditionem compellitur 1379.

Belli Duces nobiliores

23

Robertus Brusæus Scot. Rex inclitus.

Amedeus V. Sabaud. Comes, Rhodò à Turcis li-
berata clarissimus.

Amedeus VI. Sabaud. Italiæ Achilles.

Matthæus Gripho Florentinorum Ductor.

Hilarion Græcus Monachus, Luchinus Vermi-
us à Petrarcha laudatus.

Paganus Auria victoriis illustris.

Canis Scaliger pater, Martinus filius, Petrus Ru-
beus Parmensis Venetor. Ductor.

Huguccio Faggiuola, Castruccijs Castracanus.

Ægidius Card. Albernotius, Petrus Farnesius.

Joannes Acutus Anglus, rebus in Italia gestis
celebris.

Casus tragici, Calamitates publica.

24

Hugolinus Gherardeschæ Comes, duo ejus filii,
totidemque Nepotes Pisana turri clausi, dira fa-
me necantur 1289.

Andreas Rex Neapolit. Joannæ conjugis malignitate strangulatur 1344.

Carolus Dyrrachinus Joannam Neapolitanam. regno exutam, pulvillo suffocat, & mortuæ spoliū thronum incendit 1382.

Pestis triennis Oecumenica, mediam hominum partem perdit 1345.

Amurathes trigésies & septies victor, à servo confoditur 1390.

Carolus II. Navarræ Rex, cum ad excitandam libidinem, aqua, quam ardentem dicimus, corpus perfudisset, ambulatus est.

Morbus, qui à Gallis nomen invenit, ex America in Europam advectus.

25

Motus elementorum. & signa de Cælo

Eruptio pumicum, & cinerum horrenda ex Ænaria insula, vulgò *Ischia* 1303.

Visæ simul in Cælo tres Lunæ 1314.

Ætna vomit plurimum ignem 1323.

Terræmotus quadragenarius Urbes viginti sex profert in Pannonia 1348.

Mare Flandricum ruptis aggeribus multa oppida mergit 1377.

26

Res memorabiles, sive sacra, sive profana.

Genuenses Matronæ, insigni pietatis, & religionis exemplo, ad comparandam in Saracenos classem muliebrem mundum sponte distrahunt 1301.

Veneti Ducem electum, sed majestatis reum, securi percutiunt 1354.

Tamerlanus ex pastore latro, ex latrone militum ductor, ex ductore summus Imperator, ac terror Orbis terrarum. Mar-

Margarita Hollandiæ Com. unico partu 363. liberos parit; qui omnes Sacro Fonte lustrati periere. *Genebrard. ex Annal. Holland.*

*Schola, Academia, literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Aurelianensis Acad. 1302. Firmana per Bonifacium VIII. 1304. Ferrariensis 1306. Pisana 1339.

Heidelbergensis 1346. Pragensis, Cracoviensis, Andegavensis 1361. Senensis 1380. Colonien-
sis, Erfordiensis 1392.

Magnus Actus Sorbonicus inventus à Francisco de Mayronis 1315.

Buyrus in Britannia nullis parcens sumptibus libros diligenter congregat.

Carolus IV. Imper. Carolus V. R. Gall. Robertus R. Neapol. Joannes Card. Columna, fausta literis nomina.

Theologia positiva.

28

Joannes à S. Geminiano, Nicolaus Trivetus, Ægidius de Columna E. Petrus Aureolus E. Jacobus de Lausanna E. Augustinus Triumphus, Joannes Vitalis à Furno, Atefanus alius ab auctore Summæ, Ludolphus Carthus. Nicol. de Lyra, Alu. Pelagius, Joannes de Bacone, Simeon à Cassia, Robertus Holkot, Nicolaus Cabasilas, Nicolaus Gorram, Adamus Goddun, Joan. Taulerus, Joannes Cyparissiota, B. Henricus Suso.

S. Birgitta Sveca, Joannes Rusbrochius, S. Catharina Senensis, Petrus Berchorius, Nicolaus Eymericus, Raymundus Jordanus vulgò Idiota.

Theo-

29

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

Jacobus de Termis Ab. Nicol. Trivettus, Victor Porchettus de Salvaticis, Andronicus Comennus, Guido Carmelita, seu de Perpiniano.

Alvarus Pelagius, Theophanes Nicæ Archiep. Nilus Cabasilas, & Nicol. Cabasilas Nili nepos, Latinorum hostes.

Thomas de Bravardina, cujus Opus de Causa Dei contra Pelagium celebratur. Manuel Calecas, Nicolaus Oresmius, Petrus Paludanus, Joannes Cyparissiota, Nicolaus Eymericus.

Theologi Scholastici.

Joannes Parisiensis, Joannes Duns Scotus, Petrus Aureolus, Joannes de Neapoli, Antonius Andreas, Durandus de S. Portiano, Guillelmus Okam, Herbæus Natalis, Franciscus de Mayrone, Henricus de Urimaria, Augustinus Triumphus, Adamus Goudam, Robertus Holkot, Gregorius Ariminensis, Petrus Paludanus, Joannes Bacconus, Thomas Argentinas, Alphonfus Vargas.

Theologi Morales.

S. Raymundus de Peniaforte, quem Jure Theologiæ Moralis parentem possumus appellare; nulla enim agnoscitur Summa, ut ajunt, Raymundina vetustior.

Joannes de Friburgo S. Raymundi Commentator, quem perperam aliqui in sæcul. 15. reiciunt Angelus de Clivafco Baptista Trovamara.

Monaldus Patria Picens, sed vulgò Justinopolitanus auctor Summæ, quæ per errorem tributa est

ta est Monaldo Martyri ab his, qui ex tribus Monaldis unum efficiunt. Videatur Martyrol. Franciscan. 16. Martii 9. Novembr. & 11. Decembr.

Jus Canonicum, & Civile, Legumlatores.

30

Richardus de Malis Umbris, Bertrandus Gothus, postea Clemens V. à quo Clementinæ, Dinus Mugellanus, Petr. Bertrand. Card, Jacobus de Arena, Oldradus de Ponte, Jacob. de Butrigariis, Bartolus de Saxo ferrato, Joannes Andreas, Lopus de Castellione, Bellamera, Alberic Rosciatus, I. Radulphus de Rivo, Nicol. Eymericus, Arsenius Monach. Græcus Canonum Collector.

Carolus IV. ordinata re judiciaria, Bohemis jura descripsit.

Philosophia.

31

Joannes Duns Scotus Sectæ celeberrimæ princeps moritur 1308.

Galterus Burleus, Robertus Crucius, Ægidius de Columna, Godefridus Cornubiensis, Antonius Andreas, Joannes Bassolis.

Franciscus Petrarca moritur. 1350. Marsilius de Inghen primus Academiæ Heidelbergensis Rector obiit anno 1394.

Nicolaus Eymericus Philos.

Jacobus Gualterius scriptor alioqui eruditissimus, perperam saculo 13. Ægidium Columnium alium putat à Romano.

Medicina.

32

Simon Bredonus, Marcus Beneventanus, Thomas de Galbo, Bonominus Permunensis, Joannes Gatif-

Ptolæmus Lucensis, Joannes, Matthæus, Philippus Villani, Ranulphus Hygden, Radulphus Marhan, Albertus Argentinas, B. Raymundus Capuanus, Henricus Knygton, Aito Armenus.

Rethorica, Oratoria, Poesis.

35

Maximus Planudes Poeta.

Franciscus Petrarcha Rhetor, Orator Poeta Latinus, & Italus, laurea donatur in Capitolio 1341.

Fatius de Ubertis, & Franciscus Barberinus Poetæ Etrusci.

Franciscus Petrarcha, excussis Italia bibliothecis, neglectos veterum Scriptorum Codices in medium legendos protulit. Hinc, Poesis, & Eloquentia apud Italos caput aliquando extulere.

Philologia, & Grammatica.

36

Petrarcha Provincialium vocibus ad Italicam formam inflexis, linguam patriam amplificavit.

Nicolaus Oresinus Philol. Emanuel Chrysoloras Philol. & Grammat.

Leonardus Aretinus Philol.

Latina lingua apud Hispanos hoc ævo propemodum extincta est, cum nullus in foro illius esset usus; jusserrat enim seculo superiore Alphonsus Sapiens, ut Hispanica lingua res forenses agerentur.

Emanuel Chrysoloras 1395. in Italiam quasi postliminio reducit Græcas literas, quæ per annos ferè septingentos exulaverant. Palmerius.

Nova inventa; Artifices nobiles.

37

Utilissimum Acus Nauticæ inventum per Flavium Giojam Amalphitanum 1303. *Perperam Joannes*

annes Gojar, vel Giras Melphensis appellatur ab his, qui Melphim ab Amalphi non distinguunt, ut Vossius, Labbeus, & alii.

Æera in Aragonia abrogata, inducta à Christo numeratione 1358. , ut mox in Castella 1383. in Lusitania 1415.

Bombardæ à Bertholdo Nigro Germano adinventæ. 1380.

38

Urbiū natalis, & alia Architectura opera illustria.

Navale Venetum toti Europæ mirabile 1304. inchoatur.

Mexicum urbs Americæ Septentrion. maxima 1322.

Lymia, & Pons Oblivionis Hispaniensium celeberrimus à Petro Lusitano conditur.

Ulmæ Templum totius Germaniæ maximum cœpit ædificari 1377. perficiendum post ann. 100.

Anno 1386. Templum Cathedrale Mediolanensium, quo nihil habet Gothica Architectura nobilius: sed post immensos planè sumptus nondum absolutum.

39

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

Andreas Organa, Calendarius, Bonus Prothus S. Marci Architecti.

Pontificibus Rom. Avenione sedentibus, vetusta Romæ ædificia passim ruunt, ut in epist. testatur Petrarcha.

Moles marmorea in Æde Lateranensi Urbani V. jussu imponitur Altari, in quo servantur SS. Petri, & Pauli capita.

Post Pontificum in Urbem reditum, ædes plerum-

rumque informes quales adhuc nonnullæ spectantur ex veterum ædificiorum fragmentis excitantur.

Turris in facie Basilicæ Liberianæ, jubente Gregorio XI. erigitur.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

40

Gaddus, Margaritonus, Buffalmacus, Duccius Pictores nobiles; sed his longè nobilior Joëtus, Picturæ renascentis parens.

Musivum ejus opus, ubi Petrum incipientē mergi liberat Servatoris manus, in Vaticano spectatur.

Margaritonus, Andreas Pisanus, Petrus Cavalinus Statuarij.

Hujus opus lignea Crucifixi imago in Æde D. Pauli celeberrima.

Pontificibus Avenione sedentibus, tantus erat Romæ artium elegantiorum neglectus, ut urnam Agrippinæ marmoream, quæ adhuc servatur in Capitolio, metiendo tritico adhiberent.




 SÆCULUM XV.

I

Christi Vicarii Romani Pontifices .

206	Innocentius VII. Sulmonens. à 1404. ad 1406.	2	I
207	Gregorius XII. Venetus à 1406. ad 1415.	8	7
208	Alexander V. Candiensis, sive Cretensis à 1409. ad 1410.	0	10
209	Joannes XXIII. Neapolitan. à 1410. ad 1415.	5	I
210	Martinus V Roman. à 1417. ad 1431.	13	3
211	Eugenius IV. Venetus à 1431. ad 1447.	15	11
212	Nicolaus V. Sarzanens. à 1447. ad 1455.	8	I
213	Callistus III. Hispanus à 1455. ad 1458.	3	4
214	Pius II. Senensis à 1458. ad 1464.	6	0
215	Paulus II. Venetus à 1464. ad 1471.	6	11
216	Sixtus IV. Savonensis à 1471. ad 1484.	13	0
217	Innocentius VIII. Genuens. à 1484. ad 1492.	7	11
218	Alexander VI. Hispanus à 1492. ad 503.	11	0

2

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversa .*

Decreta Sessionis IV. & V. in Constantiensi Cō-
cilio Gen. contra supremam R. Pontificis pote-
statem, nec ab Ecclesia recepta unquam fuere, nec
à Sede Apostolica approbata; quare ab omnibus
ferè Orthodoxis nationibus rejiciuntur *Videatur
Man-*

Mantissa Academ. Lovaniensis edita 1683.

Basilieense Concilium, sui Capitis depositionem iniquè moliens, Eugenius IV. jure dissolvere potuit, & prudentissimè dissoluit. *Bzovius, Raynal, & alii.*

Alexander VI. non repentina morte per venenum extinctus, sed naturali morbo, Sacramentis ritè munitus diem extremum obiit *V. Raynald. 1503.*

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

3

Concil. Oecumenicum Florentinum Sess. ultima fatetur, Rom. Pontificem totius Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem, ac doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam plenâ potestatem traditam esse.

Sigismundus Imper. 1419. Martino V. Fridericus Imper. 1452. & iterum 1453. Nicolao V. Stratoris munus exhibet.

Te Principem totius Ecclesiæ, Antistitem Sacrorum, Te Dominici Gregis Pastorem profite-mur, & scimus. *Ludovic. XI. Rex Gall. ad Pium II. scribens.*

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & uices.*

4

A Martino V. leges Cardinalibus datæ. Idem r. in arcano pectoris servat nomina lectorum in Patrum Senatum; ita tamen, ut Senatui nota esse velit.

Eugenius IV. usum tacendi lectorum Cardinalium nomina rejicit. Post

Post mortem Eugenii IV. primò habitæ sunt orationes duæ, altera de mortui Pontif. laudibus ab Auditore Rotæ, altera de Successore eligendo à Cardinali. *Papebroch.*

Paulus II. purpureas vestes Cardinalibus insigne tribuit.

5

Persecutiones insigniores, & in eis fidei testes.

In Oriente 32. ex familiis SS. Dominici, & Francisci à Turcis pro Christo interfecti.

Vir egregius ex Ordine S. Dominici crematur in rogo, quem Hussitæ è sacris imaginibus in templo struxerant 1430. *Raynaldus.*

S. Simeon puer Tridenti à Judæis sævissimè trucidatus 1475.

Hydrunto à Turcis capto 1480. Archiepiscopus, & octingenti cives fortissimè pro Christo obiere.

B. Petrus de Arbues, Sacræ Fidei Quæstor cæsus 1481.

6

Concilia generalia, & Provincialia.

Sylvanectense 1402. Aragonense R. 1406. Oxnienense 1408. Perpiniense R. 1409. Austrium, sive Utinense 1409. Pisannm G. nec P. nec R. 1409.

Constantiense G. R. P. coeptum 1414. fin. 1418. *Videantur Acta ejusdem, qua ex pluribus authenticis Codicibus edidit Schelestrat. Antwerp. 1683.* Salisburgense 1420. Senense, & Lancitanum. 1423. Colonienfia 1423. 1452. 1470. Dertusanum & Parisiense 1429. Basileense G. R. inchoat. 1431. fin. 1443.

Flo-

Florentinum G. XVI. inch. Ferrariæ 1438. fin. Flor. ntæ 1439. Frisingense 1440. Andegavense 1443. Lugdunense 1449. Avenionense 1456. Eboracense 1466. Toletanum 1473. Senonense 1485.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

S. Liduvina V. 1433. B. Angelina V. 1435. B. Petrus Regalatus 1436.

S. Francisca Rom. 1440. B. Nicolaus Albergatus Card. 1443. S. Bernardinus Senens. 1444. B. Coletta 1447. S. Laurentius Justinianus 1455. S. Joannes de Capistrano 1456.

S. Antoniùs E. 1459. S. Didacus Complut. 1463. B. Catharina Bonon. 1463. B. Amedeus Dux Sabaudix III. 1471. S. Joannes à S. Facundo 1479.

S. Casimirus R. Polonix fil. 1489. *Adnumerari etiam posset Scriptoribus Eccles. ob Hymnum in laudem B.V. Maria scriptum.*

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

8

Res Christiana in Epiro reflorescit, muniente Castrioto.

Callistus III. & Pius II. Turcis bellum illaturi, nihil nec divinæ, nec humanæ opis prætermittunt.

S. Didacus Complutensis Evangelium apud Canarienses propagat.

Guinenfes, Angolani, Congenses in Africa, Christiana Sacra complectuntur.

Familiarum Judaicarum 24. millia ex Hispania pulsa.

Sacri

9

Sacri ritus inducti, antiquati.

Annatæ, ut ajunt, Sacerdotiorum omnium à Bonifacio IX. indictæ 10. Pontif. anno.

Festum Transfigurationis Christi Domini à Calisto III.

Nomen Jesu ab imagine ejusdem sejunctum primò productum à D. Bernardino Senensi.

Jubilæi ad annum 25. reductio per Paulum II. & Sixtum IV.

Festum Præsentationis Deiparæ in Occidente cœptum 1475.

Inquisitio Hispanica instituta 1492.

Mos pius Salutationis Angelicæ in meridie repetendæ instauratur 1500.

10

Sacer Cœlibatus, Ordines Religiosi.

Equites Lili in Navarra 1403. Canonici S. Laurentii Justiniani 1404. sub Clemente IX. extincti.

Congregatio Canonicorum S. Salvatoris 1408.

Fratres mendicantes S. Hieronymi 1415. extincti 1669.

Ordo S. Benedicti reflorescit in Italia per Congregationem S. Justinæ, sive Casinensem.

Ordo Annuntiæ in Sabaudia 1420.

Equites Velleris Aurei 1430. Ambrosiani 1433. S. Mauritii in Sabaudia 1434. S. Michaelis in Gallia 1469.

Minimorum Ordo per S. Franciscum Paulanum 1474. Equites S. Georgii in Carinthia 1493.

Mira-

Miracula.

II

S. Franciscus Paulanus à nautis rejectus, Siculum fretum, strato super fluctibus pallio, cum socio transmittit.

Taurini in area publica, Hostia Sacrosancta è pyxide spontè resiliens, in sublime fertur, radiis circumsepta: mox ad preces Episc. Cleri, & frequentis populi in suppositum calicem descendit 1453.

Grandia patrant miracula SS. Francisc. Paulanus, Vincent. Ferrerius. Joannes de Capistrano.

Scriptore S. Antoninus, Philippus Bergomas, & alii.

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Cùm tres essent dubii Põtifices, insurrexit opinio doceri, R. Pontificem, etiam certum Oecumenico subesse Concilio. *Hanc inter eas, qua tantùm tolerantur, locat Petrus de Marca Archiep. Paris. in Disert. de Infallib. Papa.*

Ægidius, seu Clemens VIII. contra Martinum V. 1424.

Pragmatica Sanctio in Conventu Gallicorum Episcoporum Bituricis 1438.

Amedeus VIII. Dux Sabaud. I. sive Felix V. contra Eugenium IV. 1439. Sed agnito electionis vitio sponte abdicavit.

Heretici.

13

Joannes Hus, à quo Hussitæ, Hieronymus de Praga.

Joannes Zischa Dux Thaboritarum, Joannes
B b Roa-

Roatus, Pikardus. à quo Pikardini, Bedricus au-
ctor Orebitarum, Orphani, Joannes Betharim,
Tympanistæ, Petrus de Osma, Jacobellus, Pro-
copius, Petrus Dresdensis, Hermannus Ruffvich.
Joannes de Rochezana, Joannes Monachus, Ni-
colaus Galerus.

Matthæus Palmerius Chronologus Florent. sed
hæresis manifestus ob librum de Angelis scriptum
flammis addictus est. *Gaultier.*

14

Imperatores Romanorum.

OCCIDENTIS		ORIENTIS	
		GRÆCI	
34	Robertus Palatin. ad 1410 10	77	Joannes VI. Paleol. ad 1449. 16
35	Jodocus Moraviae March. M. 6	78	Constantinus XII. Paleol. ad 1452. 4
36	Sigismundus Lu- xemb. ad 1437. 27	<i>Regnant apud Turcas</i> <i>Musa, Mahometes I. A-</i> <i>murathes II. pater Ma-</i> <i>hometis II.</i>	
37	Albertus II. Austric- acus ad 1439. 2	<i>Constantinopoli capta.</i> <i>1453. Orientis Impe-</i> <i>rium occupant</i>	
38	Fridericus III. Au- str. ad 1492. 53	TURCÆ.	
39	Maximilianus I. Au- str. ad 1519. 26	1	Mahometes II. ad 1481. 28
<i>Princeps eximius, Came-</i> <i>ra Imperialis institu-</i> <i>tor, sed venator imp-</i> <i>otens.</i>		<i>Magnus à suis appellatus,</i> <i>cùm duo subegisset Impe-</i> <i>ria, Regna quatuor, Pro-</i> <i>vincias 20. Urbes 200.</i>	
		2	Bajazethes II. ad 1512. 31
			R.Im-

R. Imperii, & Italia vices, Respublica, Principes.

Carrariensium Patavinorum, & Scaligerorum Veronensium ruinis Venetæ opes crescunt. Vercellæ Sabaudicæ Duci à Philippo Maria Vicecomite 1427. & Bobium Ludovico Verino 1436. ab eodem donantur.

Cosmus Medicus I. Pater patriæ, Petrus fil. & Laurentius Nepos Florentiæ rerum arbitri.

Sena civilibus discordiis implicita, externorum dominationem aliquando, mox & civium tyrannidem pati cogitur.

Florentini Pisas ad deditionem compellunt.

Franciscus Sfortia, Philippo Maria Vicecomite sine virili Stirpe obeunte, Dux Mediolani 1450.

Borsus Atentinus Dux Mutinæ 1452. à Friderico III. dictus.

Joanna Regina Neapolitana Alphonsum Aragoniæ Regem adoptat, qui Regni potitur; in eo exheredato Ludovicum Andegavensem vocat ad Sceptum.

Hinc bellum inter Francos, & Aragonios vi-ctores, quibus Austriaci postea succedere.

Medicei Florentia pulsi 1494.

Petrus Soderinus novo exemplo perpetuus Florentiæ Vexillifer ad 1512.

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

Bononia à Martino V. recuperatur 1420.

Franciscus Sfortia Piceni Marchio à Pontifice. dictus 1434 Assisium, aliasq; urbes occupat, sed pellitur ab Alphonso Aragonio 1442.

Valentinensis, & Dientis Comitatus, in Gallia à

Ludovico XI. vel dati, vel restituti Rom. Ecclesia 1460.

Borsius Atestinus ex Marchione Dux Ferrariæ à Paulo II. appellatus 1471.

Nicolaus Vitellius Tipherni Principem agit.

Fridericus Ubaldinus I. Dux Urbini 1478. Bononia à Bentivolis; Perugia occupatur à Bracchio 1488.

Ferrerii Mafferani Dynastæ 1490.

Cæsar Borgia Æmiliam, & Flaminiam ferè omnem, Columnensium, Ursinorum, Cajetanorum oppida, quæ vi, quæ fraude occupat.

Julius II. Borgiam raptis exspoliatur 1502.

17

Reges Gallia

Carolus VII. ad 1461. 39

Henricus VI. Anglus Caroli VI. ex filia nepos, adhuc bimulus Parisiis coronatur Gallia Rex, qui Titulus adhuc ab Anglo R. usurpatur.

Tria Lilia in scuto Francico primò apparent. Mensestr.

Nortmannia, & Aquitania ad Regem redeunt 1450. 1451.

Ludovicus XI. ad 1483. 22

Burgundia Ducatus recuperatur 1476.

Carolus Meduanius Provincia Comes sine prole moriens, Regem scribit heredem.

Carolus VIII. ad 1498. 15

Ludovicus XII. ad 1515. 17

18

Hispania Reges.

Hujus frater Ferdinandus jure matris Eleonora 1410. Martino obeunte, Regnum Aragonia adeptus est.

Joan-

Joannes II. ad 1454. 47

Henricus IV. ad 1474 20

Turba in Castella, aliis Joanna Henrici filia, aliis Isabella ejusdem sorori Regni successionem deferentibus, ad ann. 1479.

Ferdinandus Catholic. Aragonum Rex

Isabella uxoris jure ad 1506. 26

Aragoniam. & Castellam junxit.

Huic sive datus, sive restitutus est Catholici titulus à Julio II.

Filia Joanna nupsit Philippo Austriaco, & hinc in Hispania Austriaci Reges.

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatuum initia, & vices.

19

Dania, Svecia, Norvegia uni Regi ferè semper parent ab anno 1296. ad 1523.

Amedeus VIII. ex Comite Dux I. Sabaudia, à Sigismundo Cæsare dicitur 1416.

Adolphus Dux I. Clivia 1417.

Fridericus Burgravius Nurimberg. à Sigismundo Cæsare 1417. donatur Marchia Brandenburg. quam posterii tenent.

Rhætorum fœderatio cœpta 1414. stabilitur 1471.

Norvegia hæreditario jure obnoxia Dania, ab anno 1448.

Ducatus Vvitembergens. initia 1470.

Navarræ Regnum 1483. transit ad Albretos, Francisco Phœbo sine prole obeunte.

20

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

A duobus Tamerlanis filiis, Mogolis, & Samar-

Bb 3

chan-

chandæ Regna initium habent 1406.

Gempfa II. victis Tamerlanis filiis, Parthos iterum Persis imponit 1407.

Uffumcassanus I. Turcarum potitur Perside 1458.

Mehemetes II. Trapezunte, universaque Chalcide armis domita, Trapezuntinum Imperium evertit.

Lusitani Brasiliam, Americi Vespucii industria lustratam, armis occupant.

21

Bella Clariora.

Florentini cum Pisanis, Veneti cum Mediolani Ducibus, Andegavenses cum Aragonis armis decertantes Italiam deformant.

Angli cœlitus prius ab Aurelianense puella fracti, mox à Carolo VII. Rege pluries victi, tota ferè Gallia pelluntur.

Ferdinandus Hispanus, Granata per vim potitus, Maurorum in Hispania regnum excindit 1485.

Tamerlanis in Asia, Turcarum Regum Amurathis II. Mahometis II. & Bajazethis item II. in Asia, Græcia, & Pannonia bella memorantur.

22

Prælia, & bellorum eventus celeberrimi.

Tamerlanes Tartarus ductis duodecies centenis militum millibus, Bajazethem Turcam profligat, caesis 140. millibus 1402.

Classis Hispana, vivæ calcis beneficio à Genuensi victa, captique duo Reges, Aragoniæ, & Navarrae 1435. *Blondus.*

Uladislaus Poloniæ, & Hungariæ Rex ad Varnam

nam magnans cum Amurante, obtruncatur à Turcis. Perit, & Julian. Card. Caesarinus Legatus 1444.
 Joannes Hunniades, Stephanus Vaivoda, & Balthoreus celebres de Turcis victorias referunt.

Belli Duces nobiliores

23

Paulus Sabellus, Paulus Urfinus, Joannes Zifca.
 Joanna Darcia vulgò Puella Aurelianensis, Nicolaus III. Atestinus, Joan. Franc. Gonzaga.

Albertus, Brandenburg. Achilles, & Ulyffes à Pio II. dictus. Blafius Axeretus Genuens. Albericus Agidarius Cunii Comes.

Brachius à Montone, Jacobus Caldora, Matius Attendolus cognomento Sfortia, Franciscus Carmaniola, Joan. Card. Vitelleschus.

Matthias Corvinus, Joannes Hunniades, Stephanus Vaivoda, Caltriotus vulgò Scanderbechus, Stephanus Battoreus.

Fridericus Ubaldinus, Erasmus vulgò Gattamelata.

Robertus, Joannes Antonius, & Virginus Urfini Proceres.

Petrus Navarra, Confalvus vulgò Dux Magnus. Nicolaus, Camillus, Paulus, & Vitellotius Vitelli.

Robertus Sanfeuerinus, Pandolphus, Sigismundus, & Robertus Malatefta.

Cafus tragici, calamitates publica.

24

Bajazetes Rex Turcarum à Tamerlane victus, captusque, in ferrea cavea ad ludibrium n. refervatus, infeliciffimus obit 1403.

Alvarus de Luna apud Joannem Castellæ Re-

gem maximè gratiosus, ejusdem jussu obtremcatur
1453.

Ludovicus Luxemburgensis Comes S. Pauli Magister Equitum Gallix, capite plectitur 1475.

Carolus Burgundix Dux cognomento Audax, in prælio ad Nanceium, vulgaris militis manu cecidit 1497.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Per plures leucas constrictus frigore Pontus impunè calcatus 1420.

In Hispania Terræmotus multa oppida evertit
1431.

Mare ad Dordracum ruptis aggeribus, hominum supra centum millia, & pecorum greges infinitos perdit 1446.

Cometæ bini in Italia visi 1456.

Ignæ Pyramis, seu columna in aere super Mexicanâ Urbe diu suspensa, proximam Evangelii lucem visa est indicare. *Florim. Remond. l. 1. c. 2.*

26

Res memorabiles, sive Sacra sive prophana.

Mulier Marina nuda, & muta, in lacu Purmerio capta, vestem induere, panem, & lactinia edere, ac honorem exhibere Deiparæ discit. *Spondan. 1403.*

Gregorius XII. concordix causa, Pontificia insignia deponit 1415. & à Martino V. Pontif. Piceni Legatus constituitur 1417.

Joannes XXII. coactus abdicat, & Florentiæ ab eodem Martino in numerum Patrum cooptatur; quare eadem ætas duos vidit ex Pontificibus Cardinales.

Novus

Novus Orbis detectus à Christophoro Columbo Ligure 1492.

Vasculus Gama Lusitanus superato Bonæspei promontorio Indos Orientis patefacit 1497.

*Schola, Academia, Literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Herbipolensis Acad. 1403. Lipsiensis 1408. Sanctandream 1411. Rostochiensis 1415. Ingolstadtensis 1416. Cadomensis 1418. Lovaniensis 1427. Pictaviensis 1471.

Glasquensis 1454. Grisuvaldensis 1456. Basileensis 1459. Friburgensis 1467. Valentina 1470. Tubingensis 1477. Hassniensis 1478. Moguntina 1482.

Typographia inventa literas promovet.

Eugenio IV. Nicolao V. Sigismundo Imperat. Alphonso Aragonum, & utriusque Siciliae, Jacobo I. Scot. Regibus, Cosmo & Laurentio Mediceis literæ plurimum debent.

Nicolaus V. ut Bibliothecam Vaticanam instruat, Magnorum Scriptorum Codices undique per eruditissimos viros conquirat. *Aeneas Sylv.*

Ludovicus XI. Gall. R. Literarum osor, filium vetuit latina nosse.

Theologia positiva.

28

Michael Aiguanus vulgò Incognitus, S. Vincentius Ferrer. Petrus de Alliaco, Thomas Anglicus, Joannes Dominici Card. Joannes Gerson, Henricus de Hassia, Paulus Burgensis, Richardus Pamopolitanus, S. Bernardinus Senens. S. Laurentius Justinianus, Augustinus de Roma, Alphonfus Tofta-

Tostatus Abulens. E. Antonius Rampelogus, Leonardus de Utino, S. Joannes de Capistrano, S. Antoninus Florent. Nicolaus de Cusa Card. Henricus Harphius, Dionysius Carthus. Thomas Mal-leolus à Kempis, Jacobus de Valentia, Hieronym. Savonarola, Gabriel Biel.

29

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

Raynerius Pisanus auctor *Pant theologiarum*, Hieronymus de S. Fide, Joseph Methonensis, Petrus de Alliaco Card. Gregorius Scholarius, qui & Gennadius dici voluit, Nicol. de Clemangis, Alphonfus Tostatus Abulens. E. Raymundus Sebundus, Thomas Valdensis, Turrecremata Card. Bessarion Card. Gregorius Protosyncellus, Isidor. Thesalonic. Card. Ægidius Carlerius, Joannes Gerson, Joannes de Monte Nigro, S. Joannes de Capistrano, Nicolaus de Cusa Card. Alphonfus à Spina, cujus est *Fortalitium Fidei*, Ambrosius Camaldul. Finus Hadrianus, Joannes Picus Mirandulanus, Hieronym. Savonarola.

Theologi Scholastici.

Henricus de Hafsia, Marsilius de Inguen. Joannes Capreolus, Petrus de Alliaco, Dionysius Richelius, seu Carthusianus, Joannes Bafsolis, Ægidius Carlerius, Conradus Summebart, Nicolaus de Orbellis, Gabriel Biel,

Theologi Morales.

Joannes Nider, Joannes Tabiensis, five Cagnatius, Ægidius Carlerius, Franciscus de Platea, S. Antoninus, Silvester de Prierio.

Jus

Jus Canonicum, & Civile, Legumlatores.

30

Salicetus, Joannes de Imola, Zabarella Card. Jacobatus Card. Anton. de Butrio, Nellus à S. Gemin. Petrus Ancharanus, Baldus de Ubaldis, Paulus de Castro, Ludovicus Romanus, Troilus Malvitius, Nicolaus de Tudeschis vulgè Abbas Panormitanus, Bartholomæus Socinas, Petrus Philippus Cornus, Andreas Barbatius, Alexander de Imola, Bartholom. Cepolla, Joannes Franciscus Panvinus, Turrecremata Card. Nicisius Vvoldanus.

Philosophia.

31

Petrus de Alliaco Card. Paulus Venet. Joannes de Marliano, Joannes Picus Mirand. Marsilius Ficinus, Besarion Card. Georgius Gemilius Pletho, Paulus Soncinas, Joan. Franciscus Picus Mirand. Joannis ex fratre nepos.

Besarion Card. & Marsilius Ficinus jam diù ja centem Platonis sectam erigere nisi sunt. Sed conatu parum felici, semper enim à pluribus sæculis doctrinæ, & Religioni; summorum virorum judicio, Aristoteles visus est oportunior.

Medicina.

32

Paulus Venetus, Hugo Senensis cognomento de Benciis, Marsilius Ficinus, cujus aureus libellus de *Triplici Vita* jure laudatur.

Hieronymus à S. Fide ex Judæo Christianus, Pseudopontificis Petri de Luna Medicus.

Jacobus Foroliviensis, Abiosus Medicus, & Mathematicus, Rabbi Abraham Zacuti-Senior.

Clementius Clementinus Amerinus suo ævo apud Italos celebris.

Ludo-

Ludovicus Scarampus ex Medico E. Florent ,
Pontificii Exercitus Ductor egregius, & Cardi-
nalis. *Raynaldus* .

33

Mathematica .

Ulugh Beigh Tamerlanis nepos .

Gazulus Raguseus, Petrus de Alliaco, Regio-
montanus, Purbachius, Joannes Blanchinus, Leo
Baptista Albertus, Dominicus Maria Bononiensis
Copernici præceptor , Nicolaus de Cusa Card.
Paulus de Middelburgo .

Nicolaus Sophianus Geograph..

Abraham Zacutj Math. & Medicus .

Copernicus, qui jam pridem sepultam Astro-
nomiæ sectam revocavit ad vitam , *Eam nimirum,*
quæ Solem in mundi centro statuit , ut sacris literis
repugnantem Romæ damnatam .

34

Historia , & Chronologia .

Froissartus, Theodor. Niem, Poggius , Geor-
gius Phranza, Joannes Brando, Petrus de Duis-
burg, Leonardus Brunus, vulgò Aretinus, quem
Jo: Rou cum Aretino Satyrico Poeta malè con-
fundit .

Longinus , Vvalsinghamius , Vvernerus Vest-
phalus, Palmerii duo, Valla, Joannes Antonius
Campanus, Blondus, S. Antoninus, Platina Æne-
as Silvius, Gobelinius Persona, Monstreletus, Tra-
pezuntinus .

Fulgosus, Corius, Ambrosius Camaldulensis ,
Vvimpelingius, Bonsinius, Annus Viterb. cujus
Berofus commentitius habetur, Laonicus Chalcon-
dylas, Gaguinus .

Rbe-

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

35

Jovianus Pontanus, Hermolaus Barbarus, Nicol. de Clemangis. Rhet. & Poetæ.

Trifiodorus, Petrus de Rosenheim. Poeta.

Rodulphus Agricola Rhetor.

Æneas Sylvius, postea Pius II. Orator ævo suo quotquot in Europa viverent, omnium eloquentissimus.

Jacobus I. Scot. R. patrii carminis gloria nulli secundus. *Leslaus.*

Jacobus Vvimpelingius, Angelus Politianus Leonis X. præceptor. Rhetor. Philol. Poeta.

Maximilianus I. Imper. Germanicè Poemata scripsit.

Philologia, & Grammatica.

36

Georgius Trapezunt. Volaterranus, Fulgolius, Polydorus Virgilius, Leo Baptista Albertus, Rodulphus Agricola, Robertus Valturius, Pomponius Lætus, Jovianus Pontanus, Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Coel. Rhodiginus, Alexander ab Alexandro. Philol.

Poggius Florentin. Laurentius Valla, Gasparinus Bergom. Gaza, Perottus, Theodorus Lasca-
ris, Joannes de Janua, Quintianus Sara, Ambrosius Calepinus, Marius Nizolius. Grammat.

Nova inventa, Artifices nobiles.

37

Artem per æra cælata multiplicandi imagines invenit sub initium sæculi Thomas Finiguerra Aurifex Florentinus, quem imitatus est Baccius Baldinus, sed utrumque superavit Antonius Pul-

Pullajolus. Baldinuccius in erudito opusculo hac de re edito.

Typographia inventa Argentinæ 1440. à Joanne Guttembergio, seu, ut alii malunt, Moguntinæ à Joanne Faustlo 1452.

Culi primùm Augustinus de Civit. Dei, & Lactantius Firmian. ut multis placet.

Typographi inter primos florere Zellius, Jenson, Amerbachius, Frobenius, Oporinus, Vvchelii, Jodocus Badius Ascens.

Petrus Navarrus cuniculos nitrato pulvere primus replet, sæculo 15. in finem inclinante.

38

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria.

Templum Cathedrale Hispalense magnificentissimum, nobilissimi Capituli sumptibus cœpit ædificari 1401.

Florentini egregiis operibus urbem suam exornant. Hinc illi speciosum *Pulchra* cognomentum inditum.

Florentinæ S. Mariæ de Flore tholus primus erigitur à Brunellescho Statuario, & Architecto prænobili 1446.

Ex eo plurimùm profecit Bonarota Vaticanum erecturus.

Carthusia Ticinensis à Galeatio Sfortia magnificentissimè condita.

39

Architecti nobiles, Architectura Rom. vices.

Leo Baptista Albertus nobilis Florentinus sui sæculi Vitruvius, & Brunelleschus pariter Florentinus Architectus.

Nicolaus V. mœnibus Vaticanum cingit, Urbem

hem insignibus monumentis illustrat, & Aquæ Virginis ductum vetustate collâpsum restituit.

Palatia Columnensium, Capranicarum, & S. Marci, Tempa SS. Augustini & Hieronymi Dalmatarum (melioris oppidò, sed nondum defæcata Architecturæ opera) sæculo inclinante, conduntur.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

40

Dellus, Ucellus, Pinturichius, Ghirlandinus, Pullajolus, Mantegna, Pictores. Antonellus Messanenensis primus in talia colores oleo miscuit, quod à Belgis didicerat.

Masfacius tantùm addidit Picturæ, ut ab eo Bonarota, & alii plura didicerint.

Jacobus à Quercu, Donatellus, Pullajolus, Brunelleschus, Statuarii.

Imagines vivacissimis expressæ coloribus in Odæo Basilicæ Sessorianæ, hujus ævi, sed incerti Pictoris.

Antonius Philaretus, Eugenii IV. jussu, æneas D. Petri Valvas opère anaglypho 12. annorum spatio elaborat.





SÆCULUM XVI.

I

Christi Vicarii Romani Pontificis .

219	Pius III. Senensis 1503.	D.	27
220	Julius II. Savonensis à 1503. ad 1513.	9	9
221	Leo X. Florentinus à 1513. ad 1522.	8	9
222	Hadrianus VI. Belga à 1522. ad 1523.	1	7
223	Clemens VII. Floren. à 1523. ad 1534.	10	10
224	Paulus III. Rom. à 1534. ad 1549.	15	1
225	Julius III. à Môte Sabino. à 1549. ad 1555.	2	2
226	Marcellus II. à Monte Politiano 1555.	D.	22
227	Paulus IV. Neapolitan. à 1555. ad 1559.	4	3
228	Pius IV. Mediolan. à 1559. ad 1565.	5	11
229	B. Pius V. à Bosco à 1566. ad 1572.	6	4
230	Gregor. XIII. Bonon. à 1572. ad 1585.	13	11
231	Sixtus V. à Môte Alto à 1585. ad 1590.	5	4
232	Urbanus VII. Genvens. 1590.	D.	13
233	Greg. XIV. Mediolan. à 1590 ad 1591.	0	11
234	Innocentius IX. Bonon. 1591.	0	12
235	Clemens VIII. Floren. à 1592. ad 1605.	13	1

2

*Præcipua in Romanorum Pontificum
Historia Controversia .*

In eade Hugonotorum Gallicana 1572. habuit quod jure lætaretur Gregor. XIII. servatam scilicet Religionem Catholicam, & Regiam familiam ab excidio, quod utrique moliebantur, Deo Regique perduelles . *Ex Mss. qua servat Gregorius Boncompagnus Sora Dux V. tanti Pontificis egregius abnepos .*

Emen-

Emendatio Calendarii jussu Gregorii XIII. promulgata, Orbi Christiano non utilis tantum, sed omnino necessaria fuit.

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio*

3

Carolus V. Imper. Clementi VII. Stratoris munus præstat 1529.

Concilium Trident. Oecumen. Rom: Pontificis potestatem ubique veneratur.

Petrus de Soto è Dominic. familia, vitæ sanctimonia, & doctrina clarissimus, morti proximus per literas Pium IV. monet, e re Christiana futurum, si declaretur, Romanum Pontificem omnibus Conciliis esse superiorem. *Raynald. Ann. 1563.*

Episcoporum Conventus Meloduni in Gallia habitus 1579. *Sanctam Romanam Ecclesiam Magistram, Columnam, & Firmamentum veritatis appellat.*

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & vices.*

4

Julius II. iterum retinet in arcano pectoris Card. lectorum nomina, & nulli revelat.

Leo X. numerum Patrum auget, lectis in Sacrum Senatam 31. 1517.

Idem, & Paulus III. duobus Cardinalibus e Sacra S. Benedicti familia purpureæ vestis usum allicubi permittunt.

Pius IV. etiam Oecumenico, sedente Concilio Romani Pontificis electionem à Cardinalibus faciendam decernit.

Sixtus V. numerum 70. Cardinalium præfigit.

C c

Pur.

Purpureus Pileus Cardinalibus Regularibus datur à Gregorio XIV.

De Veste iisdem purpurea concedenda aliquoties actum; sed irritò successu.

5

Persecutiones insigniores, & in eis Fidei testes.

Capta per Turcas Rhodo, Zemifces Bajazethis II. ex fr. Nepos, qui ea in urbe Equitum liberalitate sustentabatur, in Christianæ religionis confessione constantissimus, cum duobus filiis Solimani jussu obruncatur 1522. Raynal.

Apud Indos, tum Orientales, tum Occidentales obiere pro Christi nomine ex Dominicanis, Franciscanis, & Soc. Jesu hominibus plurimi.

In Anglia sub Henrico, & Eduardo Regibus, ac Elisabetha Regina sævitum in Catholicos, & præsertim Sacerdotes, ac Religiosos.

Gortomii novendecim pro S. Eucharistiæ, & Pontificii Primatus defensione à Calvinianis intercepti 1571.

6

Concilia Generalia, & Provincialia.

Turonense R. 1510. Pisanum G. R. 1511.

Lateranense G. XVII. inchoat. 1512. fin. 1518.

Andegavense 1522. Bituricensis 1528. 1584. Senonense 1528. Coloniensis 1536. 1549. 1559.

Tridentinum G. XVIII. inchoatum 1545. sub

Paulo III. fin. 1563. sub Pio IV. Augustanum

1548. Trevirensis, & Moguntinum. 1549. Narbonense 1551. Remense 1564. Cameracensis 1565.

1581. 1583. Mediolanensis sub D. Carolo Borromeo 1565. 1569. 1573. 1576. 1579. 1582. Tolé-

tanum 1565. Constantinopolitanum 1565. Me-

chli-

chliniense 1570. Dertusanum 1575. Turonense 1583. Rothomagense 1583. Bituricense 1584. Aquense 1585. Mexicanum 1586. Tolosanum 1590. Avenionense, & Brestanum 1594. Aquilejense 1596. Diamperanum prope Goam 1599.

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

S. Franciscus Paulanus 1507. B. Franciscus Solanus 1510. S. Cajetanus 1545. S. Joannes Dei 1549.

S. Franciscus Xaverius 1552. S. Thomas de Villanova E. 1555.

S. Ignatius Loyola 1556. S. Petrus de Alcantara 1562. B. Stanislaus Kostka 1568. S. Franciscus Borgia 1572.

S. Ludovicus Beltrandus 1581. S. Terefia V. 1582. S. Carolus Borromæus Card. 1584. B. Felix Capuccinus 1585.

B. Aloysius Gonzaga 1590. S. Paschalis Baylon 1592

Propagatio Fidei, & Bella sacra.

8

Indiæ Orient. & Occident. ac Manicongo in Africa per variorum Ordinum Religiosos viros Christi fidem suscipiunt.

Japoniæ, & sex aliis Regionibus per S. Franciscum Xaverium lux Evangelii affulget.

S. Ludovici Beltrandi eximia charitas in lucrands Christo Americæ populis enitescit.

Bellum contra Turcas feliciter gestum à fœderatis Christianis, B. Pio V. impellente.

Penetrat Christi Fides ad Sinas per Patres Soc. Jesu 1582. Stabilitur à P. Matthæo Riccio Maceratenfi 1583.

9

Sacri ritus inducti, antiquati.

Pragmatica Sanctio Gallorum cum Concordatis mutatur 1516. Festum S. Josephi.

Sodalitates piæ ad cultum Deiparæ inductæ à Joanne Leonis Soc. Jesu 1560.

Festum S. Mariæ de Victoria, sive Rosarii 1573.

Triduanæ per horas 40. preces, ineunte Quadragenario jejunio Maceratæ initium habent.

Usus consecrandi Sacra Sigilla Pontificia benedictione.

Lunæ dies apud PP. Theatinos, ut olim sæculo 11. apud Monachos Gamungenses, juvandis per piaculares preces defunctorum animis destinatur 1592. *Silos in Historia Theatin.*

10

Sacer Cœlibatus, Ordines Religiosi.

Theatini 1524. Capuccini 1525. Clerici Regul. S. Pauli 1538.

Societas Jesu 1540. Equites S. Stephani 1562. Congreg. Orat. S. Philippi Nerii 1564. Militia S. Lazari renovata, & Equitibus S. Mauritii conjuncta 1563. Clerici Regul. de Somascha 1568. Ordo fratrum S. Ioannis Dei 1572. Equites S. Spiritus 1579.

Carmelitæ Excalceati 1580. Fulienses 1586. Clerici Regulares Minor. 1588.

Ordo Ministrantium infirmis 1591.

Eremitani Excalceati 1599.

Religiosa Professio vetita ante an. 16. completum à Concil. Trident. Et Regularium privilegia imminuta.

Mira-

Miracula.

11

Imago Crucifixi lapidum ictibus petita, sanguinem emittit circa 1556. *Ex Brentio Lutberano.*

Sylvæ Ducis in Belgio quidam S. Antonii imaginem per contemptum concidentem, sacro igne repente correpti, postridiè moriuntur: *Res fuit oppidò nota, & in publicas tabulas relata.*

Innumera sunt, & planè maxima, quæ de S. Joanne Dei, Francisco Xaverio, Ludovico Bertrando, Philippo Nerio, Paschale Baylonio ab Historicis ferè æqualibus producuntur.

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Henricus VIII. Angliæ Rex Defensor Fidei appellatus, post propugnatam Catholicam Religionem defecit ab Ecclesia, ob negatam à Romano Pontificè constantis Matrimonii solutionem 1534. Hinc Anglicanum Schisma.

In Comitibus Augustanis 1546. *Interim* promulgatur, in quo religionis forma; usque ad Oecumenici Concilii definitionem præscribitur, magno Christianæ pietatis detrimento.

Colloquium Pissiacum in Gallia 1561. quod civilia bella, & ingentia mala consequuta sunt. *Gaulter.*

Hæretici.

13

Martinus Lutherus, Anabaptistæ, Petrus Vermillius cognom. Martyr, David Georgius, Carlostadius, Libertini, Oecolampadius, Antichristiani, Zuinglius, Brentius, à quo Ubiquetarii Melancton, Bucerus, Jonas Lutheri coquus, quæ se justum Jonam dicebat. *Cal-*

Calvinus, Servetus, Beza, Deistæ, sive Trinitarii, Brunistæ, Puritani, Sabbatarii, Arrabonarii, Metamorphistæ, Antilutherani, Matthias Flaccius, Infernales, Invisibiles, Pharellus, Biblistæ, Pseudopropheta Peruvianus, Sociniani, quorum pessima secta, & vix Christiana, sectatores tamen plurimos habet.

Protestantium nomen, quo plerique novatorum gaudent, natum Spiræ 1529. à protestandi voce, & consuetudine. *Surius, & Genebrard.*

14

Imperatores Romanorum.

OCCIDENTIS		ORIENTIS	
		TURCÆ	
40.	Carolus V. Austr. ad 1558. 39	3	Selimus I. ad 1520. 8
	<i>Imperio fortiter administrato, & pie deposito Magnus.</i>		<i>Hujus vox illa Turca Tyranno digna: Nihil jucundius esse in vita, quam sublato proximorum metu regnare.</i>
41	Ferdinandus I. Austr. ad 1563. 6	4	Solimanus ad 1566. 46
42	Maximilian. II. Austr. ad 1576. 12	5	Selimus II. ad 1574. 8
43	Rodolphus II. Austr. ad 1612. 35	6	Amurathes III. ad 1595. 30
	<i>Turca magnam Hungaria partem occupante, sub tribus postremis Casaribus Austriacorum oper imminuta.</i>	7	Mahometes III. ad 1603. 8

15

R. Imperii, & Italia vices, Respublica, Principes.

Medicei Florentiam redeunt 1511.

Genua, authore Andrea Auria, Francorum excutit

cutit jugum, & Cæsari adhæret 1528.

Fridericus Gonzaga Dux Mantuæ à Carolo V. dictus 1530.

Alphonfus Ateftinus Dux Regii 1530.

Landi, Caroli V. munificentia, post Joan. Aloyfii Flisci casum, plurium oppidorum in Tari Vallè Dynastæ.

Laurentius Cybo 1530. Massæ Carrariensis Marchio; Posterii Principes, mox Duces.

Mortuo Francisco Sfortia II. Mediolanum occupatur à Gallis, sed brevi transit ad Austriacos 1535.

Cæso per insidias Alexandro Mediceo, quem Florentinis Carolus V. impofuerat, subrogatur à Republ. Cosmus 1537. Ejus posterii feliciter imperant.

Sena in potestatem Caroli V. redacta, & mox Mediceis concessa à Philippo II. 1555.

B. Pius V. Cosmum Mediceum, aucto tituli honore Magnum Ducem appellat 1569.

- Auricæ Oneliam, accepto pretio, Sabauda tradunt 1575.

Genuæ concordia, & libertas tandem firmatur opera Gregorii XIII. 1575. *Ex Mss. ejusdem Vita.*

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

Roborei post Ubaldinos Urbini Duces 1509. Julius II. Bentivolos pellit Bononia 1506.

Roma vastata à Cæsareis 1527.

Ravenna, quæ fugatis Polentanis, Venetis se ultrò tradiderat, ab his restituitur 1530.

Parma, & Placentia Petro Aloyfio Farnesio à Paulo III. donatæ, Camertès Apostolicæ Sedi redditæ 1545.

C c 4

Ferra-

Ferraria redit ad Apostolicam Sedem 1597.

17

Reges Gallia.

Britanniam minorem Regno adjungit, ducta Anna
Francisci II. Ducis herede.

Franciscus I. ad 1547. 32

Henricus II. ad 1559. 12

Franciscus II. ad 1560. 1

Carolus IX. ad 1574. 14

Henricus III. ad 1589. 15

Hugonotorum heresis sub tribus posterioribus ma-
gnas excitat turbas.

Deficientibus in Henrico III. Valēsis, Borbonii
succedunt in Henrico IV. contra quem Gallicorum
Principum fœdus, religionis sive causa, sive obtentu.
Victor tamen, & Catholicus regno potitur.

Fridericus Mauritius Turenus, Dux Bullionius,
& Sedani Princeps 1591.

Henricus IV. ad 1610. 21

18

Hispania Reges.

AUSTRIACI.

Philippus I. Austriac. 1506. vix 1

Castella magnis motibus agitatur.

Ferdinandus iterum ad 1516. 10

Joanna impare ob mentis defectum Navarram
occupat 1513.

Carolus V. Imper. Hispan. I. ad 1556. 40

Philippus II. ad 1598. 42

Nemo fortasse ab Orbe condito latius imperavit.
Matrii Sedem figit. Henrico Rege obeunte, Lusitania positur. 1580.

Philippus III. ad 1621. 23

Alio-

*Aliorum per Europam Regnorum, & Principatumum
initia, & vices.*

19

Svecia separatur à Dania, electo in Regem Gustavo 1523. Hungaria, & Bohemia transeunt ad Austriacos 1526.

Capta Rhodo, Melita Hierosolymitanis Equitibus dono datur à Carolo V. 1530. Navarrae jura Antonio Borbonio cedunt 1553. Batavica defectio ab Hispanis 1572. ex qua nova, potensque Respublica.

Deficiente in Sigismundo Augusto virili Jagellonum Stirpe 1572, primò Henricus Gallus, mox Stephanus Battoreus, inde Sigismundus Svecus à Polonis eligitur 1587. Hujus diadema Svecicum rapitur à Patruo Carolo 1589.

Initia, Vicissitudines Regnorum extra Europam.

20

Ismael Sophi Turcas pellit è Perside, eamque sibi subigit 1501.

Amether Saracenus Monachus, assumpto Seriphii nomine, Fessæ, Marochii, & alia Mauritaniae Regna occupat religionis obtentu.

Selimus Turca, Sultano debellato, Syriam occupat; mox victo Tomumbejo, Mameluchorum in Ægypto regno finem imponit 1517.

Mexicùm per Cortesium subigit Castellanus 1519. & Peruvia potitur Petrus Pizzarus 1525.

Lomellini Genuens. patritii Tabracæ insulæ ad Africae oram Domini, anno circ. 1540.

Arabia-Felix à Solimano occupatur 1570.

Abdemelechus Marochii, & Fessæ regna suae ditionis facit 1575.

Bel-

21

Bella Claviora.

Caroli V. Imper. cum Gallis, cum Turcis, cum Mauris, cum Germanis Protestantibus bella eventu vario

Bellum Belgicum atroci contentione gerendum oritur anno 1576.

Galli in Italia prius, mox inter se civilibus armis contendunt.

Henricus VIII. Angliæ, & Iacobus IV. Scotiæ Reges: Poloni, & Moschi bello decertant.

Turcæ in Asia contra Persas, in Africa contra Ægyptios, in Europa contra Hungaros Marti plerumque felici belligerant.

22

Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi.

Jacobus IV. Scot. R. & flos nobilitatis ad Flou-donium montem cæsus ab Anglis, Ducè Thoma Hauvarto 1513.

Vienna à Solimano frustra obsidetur 1526. Sophi Turcarum 400. millia cædit 1557. Gallorum elades ad S. Quintinum 1557. Moschus Turcarum 600. millia delet 1560. Melita à Turcis obsessa, sed fortissime defensa 1563.

Victoria Christianorum de Turcis ad Echinas 1571.

Sebastianus Lusitaniæ Rex in Africa pugnans, cum flore Regni perit 1578.

Parisiis ab Alexandro Farnesio liberati 1590. Antuerpia ab eodem capta 1595.

23

Belli Duces nobiliores.

Campson Gaurus Ægyptius, Joannes Medicus,

us, Gasto Fuxius, Jacobus Trivultius, Bartholomæus Alvianus, Ludovicus Gonzaga vulgò Rodomontius

Prosper, Fabricius, Marcus Antonius Salerni Princeps, Stephanus, Marcus Antonius Paliani Dux, clarissima Columniæ gentis lumina.

Thomas Havvattus Anglus.

Petrus de Terrafil Balardus, Alphonfus Albuquerqueius, Villerius Rhodius, Ferdinandus Cortesius, Andreas Grittus, Guido Rangonius.

Joannes Baptista Sabellus, Andreas Auria celeberrimus, Antonius de Leva.

Marchio Vastii, & March. Piscariæ Avali.

Joan. Jacob. Mediceus March. Mariniani.

Emanuel Philibert. Sabaudus, Ferdinand. Toletanus, Petrus Strozza, Camillus Ursinus.

Alexander, & Chiappinus Vitellij, Cæsar Neapolitanus, Joannes Aultrius, Franciscus, & Henricus à Lotharingia Guisæ Duces, Alexander Farnesius Dux Parmæ, Zamoscus Polonus.

Georgius Basta, Martinus Schenckius, Petrus Ernestus Mansfeldius, Christophorus Mondragonius.

Flaminius Delphinus, Camillus, & Blasius Capizucchii, Appius de Comitibus.

Casus tragici, calamitates publica.

Sultanus Ægyptius post multa probra, à Seliimo ferreo unco suspenditur 1509.

Christiernus Danus, tribus regnis spoliatus in cavea clathrata moritur 1522.

Ludovicus II. Hungariæ, & Bohemiæ Rex à Solimano post captum Belgradum victus, fugiens perit in palude 1526.

Sudor Anglicus primò innotescit 1529.

Thomas Volsæus ex Iro Cræsus, denuo Irus infeliciissimus.

Locustæ Solem inumbrant in maxima Europæ parte 1542.

Pestis, cui nomen Arietis factum, quòd præcipuè caput urgeret, totam penè peragrat Europam 1580. 1581.

Motus elementorum. & signa de Cælo

15

Cruces sanguinæ vestibis subito inspersæ 1501.

Eclipsis horrida 1518. Tres Soles Annonæ 1524.

Ad Nicæam Salyum vici aliquot subito terræmotu absorpti; & ad Oeni salinas igne aliqui de Cælo tacti 1524.

Maris in Anglia retrocessio magna, & mons loco motus evulsis arboribus 1571.

Pluvia triticea in Quadis 1571.

Nova Stella in signo Cassiopææ ab anno 1572. ad 1574.

Quinque simul Soles 1588.

16

Res memorabiles, sive sacra, sive profana.

Henricus VIII. post raptas tota Anglia Cœnobiorum, & Sacr. Ædium opes, ipsa præda factus est pauper.

Eodem ferè tempore, quo Christiana religio invecta est per Monachos in Americam, turbata per Lutherum Monach. in Europa, in Mahometica superstitione novæ Sectæ excitatæ sunt per Monachum Saracenum Techellim in Asia apud

Per-

Perfas, & per Ametherem pariter Monachum Saracenum in Africa inter Mauros. *Florim Remond. l. 1. c. 4.*

Regii tres juvenes à Christianis Japoniæ Regibus ad Gregorium XIII. Pontif. missi.

*Schola, Academia, literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Vvitembergensis Acad. 1502. Uratislaviensis 1505. Francofordiensis 1506. Complutensis 1517. Ofumensis, & Gandensis 1549. Maceratensis 1549. Remensis & Conimbricensis 1550. Dilingana 1552. Eborensis 1559. Taurinensis 1565. Taraconensis 1572. Duacena 1574. Cæsaraugustana 1583. Parmensis 1599.

Francisc. C. Ximenius, Francisc. Gallix R. Leo X. Alphons. Atestinus D. Ferrariæ, literis, Musique faustissimi.

Gregorius XIII. erectis ubique terrarum educandæ Jvventuti Collegiis, & præsertim Romanò, Religioni, & bonis artibus mirè ptodest.

Capta Buda periere nobilissimi codices, quos colligi jussèrat Matthias Corvinus.

Theologia positiva.

28

Ximenius Card. Thomas Morus, D. Thomas de Villanova E., Sadoletus Card. Didacus Stella, Eugubinus, Joannes Avila, Sasbout, Ribera, Contarenus Card., Faber Vienn. E. Catharinus E. Franciscus Turrianus, Cornelius Jansenius Concordiæ Evang. auctor., Titelmannus, Canisius, Salmeron, Augerius, Durantius, Ludovicus Granaten-

natensis, Genebrardus E. S. Tereſia Virgo. S. Franciſcus Borgia, Joannes Maldonatus, Arias Montanus E. Franciſcus Toletus Card.

19

Theologia contentioſa; Suspecta Patrum ſcripta.

Thomas de Vio Cajetan. Card. Ekius, Cochlaeus, Joannes Faber Vienn. Joannes Driedo à Tornout, Jacobus Sadoletus Card. Joannes Franciſcus Picus Mirandul. Stanislaus Hoſius Card. Contarenus Card. Joannes Medina, Alphonſus à Caſtro, Roffenſis Card. Catherinus E. Dominicus Soto, Titelmannus, Sancteſius E, Galatinus, Ruardus Tapper, Latomus, Glitovæus, Claud. Seyfellus, Edmund. Campianus, Petrus Caniſius, Stapletonus, Pighius, Demochares, Eſpencæus, Augerius, Alanus, Lindanus.

Theologi Scholaſtici.

Joannes Major, Thomas de Vio Cajetanus, Franciſcus Lychetus Hadrian. VI. Franciſcus de Sylveſtris, Joannes de Medina, Conradus Koelin, Franciſcus Victoria, Alphonſus de Caſtro, Dominicus Soto, Joannes Viguerius, Melchior Canus, Petrus Sotus, Martinus Ledesmius, Antonius Cordubeniſis. Franciſcus Toletus Card. cujus Miſſ. Commentarii in Summ. D. Thomæ ſervantur in Coll. Roman. Soc. Jeſu.

Theologi Morales.

Thomas de Vio Cajetanus, Bartholomæus Fumus, Martinus Azpilqueta, vulgò Navarrus, Emanuel Rodericius, Emanuel Sà, Franciſcus Toletus, Henricus Henriquez.

Jur

Jur Canonieum, & Civile, Legumlatores.

30

Parisius Card. Alciatus, Bolognētus, Sanderus, Mainus, Decius, Petr. Rebuffus, Ferrettus, Zazius, Tiraquellus, Simancas, Franc. Baldinus, Nigufantius, Hotomannus, Cervantes, Covaruvias, Mart. Navarrus, Prosper S. Crucius Card. Durantius, Brissonius, Molinæus tandem Catholicus, Donellus, Cassaneus, Paleottus Card. Revardus, Purpuratus, Cujacius, Gravetta, Ugolinus, Antonius Augustinus E. Garcias Loyala.

33

Aliqui ex his, inter quos Alciatus, Brissonius, Cujacius, veteres Jurisperitos imitati, latinum scribendo candorem adamarunt.

Philosophia.

31

Niphus, Jacobus Olivarius, J. Cæsar Scaliger, Cardanus, Mutius Justinopolit. Antonius Trombeta, Carpentarius, Pendasius, Theophrastus Paracelsus novæ, suspectæque sectæ parens, Javelius, Bernardinus Telesius novarum opinionum inventor, quibus posteriori sæculo visus est adhe-
sisse Campanella.

Petrus Ramus, Aristotelis, & Cathol. Religio-
nis hostis, Joannes Baptista Porta auctor Magiæ
naturalis.

Jacobus Zabarella Patavinus.

Emanuel Goes author Collegii Gonimbricenis.

Franciscus Toletus Card. obiit 1596.

Medicina.

32

Joannes Fernelius, Oliverius, Fracastorius, Rondeletius, Argenterius, Fallopius, Vessalius, Gesnerus, Capivaccius. Theo-

Theophrastus Paracelsus, omiſſa conſuetâ mendendi ratione, novam profeſſus eſt Chymicam, qua cùm aliis ſæcula polliceretur, ipſe ætatis anno 48. interiit, Magus ne, an Medicus?

Incifio corporum hoc, & ſequenti ſæculo tractata felicitiùs, multa & Medicos, & Philoſophos docuit.

13

Mathematica.

Milichius, Vvernerus, Lindäuth, Buteo, Stoeflerus, Joachimus, Junctinus, Renzovius, Finæus, Gauricus, Gemma Friſius, Schonerus, Munſterus, Pitatus, Maurolicus, Gyraldus, Moestlinus, Sixtus ab Heminga, Tycho^o Brahe, Glareanus, Nonius, Comandinus, Ramus, Petrus Apianus, Ortelius, Guillelmus Lantgravius, Aloyſius Lilius, Scaliger.

Ut in Ptolemæo Copernicus, ita in hoc Tycho plura correxit. Hinc tertia, & media inter Ptolemæicâ, & Copernicanam Aſtronomorum ſecta enata eſt, quam Tychonianam appellant.

14

Historia, & Chronologia.

Sabellicus, Jac. Philip. Bergomas, Collenutiùs, Comineùs, Leander Albertus, Nauclerus, Petrus Crinitus, Simonetta, Guicciardinus, Ritiùs, Langius, Rivallius, Joannes Magnus, Olaus Magnus, Krantiùs, Volaterranus, Polydor. Virgiliùs, Paulus Aemilius, Boethius, Aventinus, Trithemius, Pänvinus, Dubranius, Laziùs, Fazellus, Bembus Card. Joviùs, Cromerus, Ferdinandus de Caſtello, Morales, Surita, Folieta, Flamma, Lippomanus Car. Surius, Sigonius, Leſlæus, Sande-
rus,

rus, Belforestus, Genebrardus, Oforius, Buchanus, Ciacconius, Florim. Remundus, Petrus Opmeerus.

Rhetorica, Oratoria, Poesis.

35

Majoragius, Muretus, Amasæus, Robertellus, Beroaldus, Longolius, Perpinianus, Panigarola, Cavalcantius, Bentius. Rhetor. & Oratores.

Baptista Spagnolus vulgò Mantuanus, Sannazarius, Fracastorius, Vida, Navagerius, Amalthei fr. Buchananus. Pœtæ Latini. Ronsardus Poeta Gallus.

Laudantur inter Italos Bojardus, Casa, Bembus, Pulcius, & Alamannus. Arcostus, & Tafus Græcorum, & Latinorum maximis pares habentur.

Selimus I. Turc. Imper Poesis cultor apud suos.

Post interitum Latina lingue, nunquam feliciter culta hæ facultates.

Philologia, & Grammatica.

36

Volfang. Lazius, Petrus Crinitus, Beroaldus, Leonicensis, Budæus, Valerianus, Turnebus, Dalecampsius, Gyraldus, Victorius, Goropius, Erasmus, Natalis Comes, Manutii tres, Fulvius Urfinus, Jul. Cæs. Scaliger, Faber, Ciacconius, Sigonius, Gesnerus, Vignereus, Mazonius. Philol.

Demetrius Chalcondilas Græcus, Zenobius Acciajulus, Despauterius, Varchius, Doletus, Clebardus, Alvarus, Grammat.

D d

Hoc

Hoc tandem a vo Latina lingua visa est reviviscere.

37

Nova inventa; Artifices nobiles.

Navigatio universum Orbem terrarum circumdans primò facta 1519. navi Victoria; cui præerat Ferdinandus Megellanus Lusitan. eoque mortuo navem reduxit Joannes Sebastianus Canutus Cantaber 1522. *Opirius.*

Ejusdem navigationis gloriam hoc eodem sæculo alii tres tulere, Angli duo Franciscus Dracus, Thomas Candiscius; & Batavus Oliverius Vandernort.

Orichalchum factitium excogitatur. Aquæ fortes, ut dicunt, inventæ.

Reperta cupella, seu vasculum ex osse bubulo ad auri, & argenti purgationem.

Florent insignes Typographi Manutii tres, Griphi, Plantini, Stephani tres.

38

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria.

Lima in Peruvia 1535. à Pizzaro.

Anneburgum in Misnia 1561.

Agra Mogolensis Imperii Metropolis à Rege Acabar. & Palma nova à Venetis conduntur 1595.

Venetis absolvuntur Aræ Marcianæ porticus, quibus nil perfectius habere dicitur Architectura.

Ibidem Pons Rivi alti marmoreus, operis omnino mirabilis.

Templum, & Monasterium D. Laurentii in Escuriali à Philippo II. conditur.

Sacel-

Sacellum materia , & opere spectandum in primis Florentiæ , in quo Magnorum Ducum sepulchra .

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

39

Bramantes , Raphael Urbinas , Bonarota , Fontana , Baroccus vulgò Vignola , Architecti nobilissimi .

Basilica D. Petri augustissima in Vaticano 48. ferè millionum sumptibus nondum absoluta , Palatium Farnesiorum , Templum item Nomini Jesu ab Alexandro Card. Farnesio dicatum , Obelisci à Sixto V. feliciter erecti , ejusdem Sacellum in Basilica Liberiana , resurgentem ad omnium sæculorum invidiam Architecturam docent .

Lateritiã structurã vetustæ similem , industria recentiorum restitutam agnoscimus : soliditatem ædificandi vetustæ parem adhuc desideramus .

Pictura , Statuaria , earumque Roma vices.

40

Bellinus , Francia , Giorgionus , Petrus Perusinus , Signorellus , Pictores egregii . Verùm Durero , Leonardo à Vincio , Raphaeli Urbinati , & Bonarotæ Pictura debet summum , ad quod venit , incrementum .

Post hos laudantur Corregius , Titianus , Parmegianinus , Sartius , Polydorus Monocromatis celebris , Jul. Romanus , Paulus Veronens. Joannes Utinensis novæ Plasticæ inventor , Perinus à Vaga , Sodoma , Beccafumus , Zuccari duo , & Baroccus .

Paulus Romanus , Baccius Bandinellus , & longè antè hos Bonarota scalpro nobilis .

D d 2

SÆ.



SÆCULUM XVII.

I

Christi Vicarii Romani Pontifices.

236	Leo XI. Florentin. 1605.	D.	26
237	Paulus V. Roman. à 1605. ad 1621.	15	8
238	Gregorius XV. Bonon. à 1621. ad 1623.	2	5
239	Urbanus VIII. Florent. à 1623. ad 1644.	21	0
240	Innocentius X. Rom. à 1644. ad 1655.	10	3
241	Alexāder VII. Senens. à 1655. ad 1667.	12	2
242	Clemens IX. Pistoriens. à 1667. ad 1669.	2	6
243	Clemens X. Rom. à 1669. ad 1676.	6	2
244	Innocentius XI. Novocom. à 1676. ad 1689.	12	11
245	Alexander VIII. Venetus à 1689. ad 1691.	1	4
246	Innocentius XII. Neapolit. à 1691. ad 1700.	9	2

2

Præcipua in Romanorum Pontificum Historia Controversia.

Cùm certissimis monumentis constet, Urbanū VIII. nunquam ad suæ familiæ incrementum Urbinatē Principatū destinasse, quinimō Principum id suadentium consilia rejecisse; veritati, & egregio Pontifici censendi sunt injuri quicumque alia prodidere.

Jussa Alexandri VII. Sacro fonte lustratum Marochi Regem, confidētissimè scribunt Hoffman

in

in Lexico, Morerius in Dictionario, Joannes Rou in Tabulis Chronolog. & tamen hoc ne per somnium quidem unquam Romæ auditum est, ubi certè primò innotescere par erat.

*Romani Pontificis in Ecclesia Potestas,
Magisterium, Veneratio.*

3

Generalis Ecclesiæ Gallicanæ Conventus 1626. 20. Janu. Rom. Pontificem appellat *S. Petri Successorem, cui Christus Cæli claves, & fidei infallibilitatem dedit.*

Literæ 85. Episcoporum Galliæ ad Innocent. X. 1553. hæc habent.

Majores causas ad sedem Apostolicam referri solennis Ecclesia mos est, quem fides Petri nunquam desiciens perpetuò retineri pro jure suo postulat.

Petrus de Marca Archiep. Paris. extremo vitæ anno Gallicè Dissertationem de Summi Pontificis infallibilitate composuit, quam Baluzius de ore dictantis exceperit, ut ipse testatur in Vita illius.

*Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium
Ritus, & uices.*

4

Clemens VIII. missis per Maphæum Barberinum Ludovico XIII. Henrici IV. recens nato filio sacris fasciis, eum honorem Regum primogenitis, scepro destinatis habendi morem inducit 1601.

Hieronymus Card. Rusticuccijs novo exemplo duos retinet Titulos.

Gregorius XV. edita Constitutione Pontificia, Comitibus novis legibus munit.

Urbanus VIII. Eminentissimi titulum Cardinalibus attribuit.

Constitutio moderatrix donationum, & distributionis reddituum Ecclesiasticorum in consanguineos, & affines R. Pontificis, editur ab Innocentio XII. 1692.

5 *Persecutiones insigniores, & in eis fidei testes.*

Multi Catholici in Gallia, & alibi Calvinianorum rabiem experti.

Japonum furor, & ad eos commeantium ex Europa Hæreticorum fraudes in Christianos debacchantur.

Catholici Hiberni atrociter vexantur sub Tyranno Cromuelo.

Christi Fides apud Sinas sæva quinque annorum tempestate jactatur à 1664. ad 1669.

In Coccincina barbari Christianos tormentis, & cædibus persequuntur.

Anglia in Catholicos, ac præcipuè Sacerdotes acerbissimè sævit 1679.

6 *Concilia generalia, & Provincialia.*

Ebredunense 1605. Parisiensia 1605. 1612. Mechliniense 1607. Narbonense 1609. Senonense 1612. Aquense 1612. Amadanense in Mesopot. 1616. Petricoyensia in Polon. sub Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. Burdegalense 1624. Varsaviense 1634.

Constantinopolitana à Schismaticis celebrata cōtra Calvinii dogmata 1639. 1642. *Ex Synodicis Parthenii literis, & Leon. Allatii de Occid. & Orient. Eccles. consensu.*

Sanctitate clari in utroque sexu.

7

B. Turibius E. Limanus in Peruvia 1606.

S. Maria Magdalena Pactia V. Carmel. 1607.

B. Andreas Avellinus Theatin. 1608.

S. Rosa de S. Maria Tertii Ordinis S. Dominici, prima è novo Terrarum Orbe in Album Sanctorum relata 1617.

S. Franciscus Salesius E. Genevensis 1622.

Propagatio Fidei, & bella sacra.

8

Augustiniani, & Carmelitæ in Perfide, Capucini, & Jesuitæ in nova Francia Evangelium propagant.

PP. Theatini apud Georgianos fidem Christianam amplificant ab an. 1628.

Dominicani egregiam operam in Siniſ Christo conciliandis navant.

Jesuitæ in Asia Thibeti, & Laorum regnis Christum annunciant.

Ferdinandus II. & Maximilianus Bavar. in Germania, Ludovicus XIII. & XIV. in Gallia Cathol. fidem restitunt.

Marianis insulis à Patribus Soc. Jesu Christi Fides infertur.

Sacri Ritus inducti, antiquati.

9

Perpetua Quadragenarum horarum supplicatio Romæ in singulis deinceps templis à Clemente VIII. instituta.

Festum, & Officium S. Angeli Custodis.

Romæ mensurus populi ad Sacram Sinaxim concursus sub Paulo V.

D d 4

De-

Demandatam à Clemente VIII. Agnos cereos conficiendi provinciam Patribus Fulienfibus Paulus V. dato Diplomate confirmat 1608.

Arabicae linguae usus in Sacris ab Urbano VIII. Carmelitibus apud Persas agentibus concessus 1624.

Pius usus precum pro felici morte impetrandæ per Vincentium Carafam Soc. Jesu Præpositum Generalem 1648.

10

Sacer Cælibatus, Ordines Religiosi.

Pœnitentes III. Ordin. S. Francisci reflorescunt 1600. Clerici Doctrinæ Christianæ 1603. Novarum Mogialium examina.

Equites SS. Sanguinis Christi Mantuæ 1608.

Congregatio Oratorii Jesu in Gallia 1608.

Ordo Scholarum Piarum 1621. Clerici Lucenses Matris Dei 1622.

Presbyteri Missionarii 1622.

Clerici in commune viventes resurgunt 1640.

Ordo Equitum S. Andreae in Scotia instauratur à Jacobo II. Magnæ Britanniae Rege 1687.

11

Miracula.

An. 1608. 25. Maii in Templo Lavernensi Burgund. Sacra Eucharistia, spatio 30. horarum, omnibus circa igne consumptis, in aere perstat. Interfuere spectaculo plurimi testes.

Neapoli 1634. è lethali perfracti capitis vulnere Marcellus Mastrillus Soc. Jesu ope S. Francisci Xaverii repente convaluit. Res fuit urbi, & Italiae notissima.

Ictus, qui è Sepulchro S. Paschalis audiuntur, tota Hispania celebrantur.

Edi-

Edidere miracula SS. memorati.
Seribunt Gaulterus, Bredembachius, & alii.

Schismata, Contentiones, Abusus.

12

Solemnes inter Patres Dominicanos, & Soc. Jesu de Auxil. Divinæ Gratiæ concertationes temperantur per Paulum V. nil definiendo, & interim nota alienam sententiam inurendi facultate sublata.

Ob amplificata, ut appellant, Regaliæ jura, gravis inter Roman. Pontificem, & Gallos controversia. Declaratio quinque Propositionum in Gallicano aliquot Episcoporum Conventu 1682. magnâ Rom. Pontifici præbet offensionis causam. Alexand. VIII. 30. Januar. 1691. morti proximus, Conventus acta rescindit.

Hæretici.

13

Antipuritani, Joannes Piscator, Arminius, Chamarius, Vorstius, Sibrandus, Illuminati, Lubertus, Fratres Rosæ Crucis, Tilenus, Francis. David cum reliquis Ministris Transilvanis, Fanatici, & Trementes in Anglia.

Quinque Jansenii dogmata 1653. ab Innocentio X. damnata; & iterum ab Alexandro VII. 1657. Simon Morinus, qui se Spiritum S. prædicabat, Parisiis comburitur 1663.

Cantores Israelis in Scotia 1681.

Michaelis Molinos, & Quietistarum errores damnantur 1687.

OCCIDENTIS

44 Matthias Austr. ad
1619. 7*Bobemica Defectio 1619.
in qua Comes Palatinus
Rex dictus, sed intra an-
num pulsus.*45 Ferdinandus II, Au-
str. ad 1637. 18*Gustavo Svecia Rege per
Germaniam arma vi-
ctricia circumferente,
res Austriaca in ma-
gnū discrimen adducta.*46 Ferdināndus III. Au-
str. ad 1658. 2147 Leopoldus Ignat. Au-
str. ad 1705.*Post Viennam à formida-
bili Turcarum obsidione
liberatam 1683. ope fa-
derati Polonia Regis, Jo-
annis IV. & Caroli V.
Ducis Lotharingi virtu-
te, Turcas tota serē, pel-
lit Hungaria, magnis e-
xercitibus deletis, &
munitissimis Urbibus
expugnatis.*

ORIENTIS

TURCÆ.

8 Achmates ad 1617. 14

9 Mustapha fr. M 2
*Ob inertiam cogitur abdi-
care.*10 Osmanes Nepos ad
1622. 411 Mustapha iterum 1
*Rursus deponitur.*12 Amurathes IV. ad
1640. 17

13 Ibrahim ad 1649. 9

14 Mahometes IV. ad
1687. 38*Ob res infeliciter contra
Christianos Hungarico
bello gestas depositus.*15 Amurathes V. ab an-
no 1687.

R. Imperii, & Italia vices, Respublica, Principes.

15

Sabaudia Dux Sebastianus Gallia Regi tradit, ut Salutis liberè potiatur 1600.

Mirandula ex Comitatu Ducatus 1615. Buxeti Marchionatus à Pallavicinis ad Farnesios Parmae Duces transfertur.

Nicolaus Ludovisus Plumbini Princeps 1634. post Appianos, qui jure successionis exciderant.

Corrigium vetustis possessoribus ablatu à Cæsare, donatur Francisco Mutinae Duci 1635.

Genuensis Respublica Regiam coronam assumit 1637.

Pinarolium Gallia R. Montisferrati pars Sabaudia Duci cedit 1637. Apuam vulgò Pontremoli M. Dux Etruriae Ferdinandus II. emit ab Hispanis.

Roma Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio.

16

Consentiente Duce Francisco Maria II. qui Filium successurum amiserat, Urbanus VIII. Ducatum Urbinatem Apostolicæ Sedi restituit 1626. Hoffman. tom. 4. Lexici scribit id factum post mortem Victoria Roborea, qua Ferdinando II. M. Etruria Duci nupsit: sed Princeps egregiis animi, corporisque dotibus inelyta in vivis feliciter agens docet, quàm turpiter hic Scriptor erraverit.

Urbanus VIII. Roboreis Urbini Ducibus 1631. extinctis, qui Urbis Præfecturam à Sixto IV. gentili tenuerant, Thadæo Barberino fratris filio eundem honorem ritu solemniter confert, ad tertiam Stirpem in ejus posteris natu majoribus permanurum.

Innocentius X. Castrensem Ducatum recuperat 1640.

Reges

17

Reges Gallia.

Ludovicus XIII. Justus ad 1643. 33.

Rupella domita 1628. hæresis opes fracta, Regnum firmatum, Pinarolium in Italia Francis additum 1631.

Sedanum Bullionio Duci eripitur à Ludovico XIII. ea tamen lege, ut nomen, & bonos principatus Duci, posteris que servetur 1642.

Ludovicus XIV. Magnus ab an. 1643.

Comitatus Burgundia bis expugnatus, & à Francis 1680.

Arausicanus Principatus ereptus Nassaviis, plures Urbes in Belgio, & Germania capta, & Regni fines prolata.

18

Hispania Reges.

Philippus IV. ad 1665.

44

Lusitani Bragantia Ducem Joannem Regem eligunt 1640.

Catalaunica turba 1640. Neapolitana 1647.

Carolus II. ab. anno 1665.

Pater moriens, matri optima Maria Anna simulque sex Consiliariis, Carolo impubere, regnum administrandum reliquit.

19

Aliorum per Europam Regnorum, & Principatuum initia, & vices.

Jacobus Scotiæ Rex VI. post obitum Elisabethæ Reginæ Magnæ Britanniæ, & Hiberniæ I. 1603.

Bavariæ Dux inter Septemviros 1625.

Prævinciæ Fœderatæ in Belgio ab Hispanis liberæ declarantur 1648. Bri.

Britannia 1649. ex Regno Respublica sub Tyranno Cromuelo. Restituitur Carolo II. Regi 1660.

Abdicante Christina, Sveciæ Regnum Carolo Palatino cedit 1655.

Casimiro V. e Sueca Vasaſum familia poſtremo abdicante 1668. Michael Coributus Poloniæ 1669. Rex eligitur, eoſque obeunte 1673. Joannes Sobieſki prudentia; & bellica gloria clariffimus.

Veneti Cæſari, & Polono fæderati Peloponeſum de Turcis fortiter, & feliciter recipiunt.

Anglia 1689. deficit à Jacobo II. Rege ad Auriacum Principem: Scotia aliquandiu nutat, mox cedit; Hibernia bello ſubigitur 1691.

Initia, Viciffitudines Regnorum extra Europam.

20

Batavi in Oriente magnas inſulas; & plures Regulos armis ſubigunt.

Buſterius, & Xequus Marochi, & Feſſæ regis filii, Hametis patris regna dividunt 1603.

Tartari ex familia Ta-Scinga, Sinarum regno potiuntur 1644. *Martinius.*

Batavi à Luſitanis Braſilia pulſi 1654.

Taſilettus Feſſæ, & Marocchi regna iterum jungit.

Æthiopum Reges numquam interrupta ſerie adhuc perfeverant, omnium, fortaffe antiquiſſimi.

Bella Clariora.

21

Germani Cæſares contra perduelles, & Svecos

in Germania, contra Turcas in Hungaria: Gallorum Reges contra Calvinianos in Gallia, contra Hispanos in Hispania, Italia, & Belgio: Poloni cum Cosacchis, Svecis, Moschis, Tartaris: Turcæ cum Persis, Moschis, Polonis, Hungaris bellum gerunt.

Sinæ à Tartaris domiti 1644. post bellum in 20. ferme annorum.

Hungaricos tumultus, Tekelio incentore, sequutum est Turcicum bellum in Hungaria, & Græcia 1683.

Ab anno 1688. magna Europæ parte in Gallos fœderata, Christiana Respublica bellico ardet incendio.

Prælia, & bellorum eventus celeberrimi.

Ostenda expugnatur à Spinula 1604.

Celebris de Osmane Turca Polonorum ad Chocimum victoria 1621. Rupella à Ludovico XIII expugnata 1628.

Sveci ad Nortlingam victi ab Austriacis 1634. Casimirus Polonus Tartaros memorabili clade cecidit 1669. & Joan. Sobieskus, postea Rex, Turcas ad Chocimum 1672.

Vienna à Turcis frustra oppugnata 1683.

Buda de Turcis recepta 1686. Belgradum Maximiliani Eman. Bavari virtute fortiter expugnatum 1689., sed anno sequenti iterum amissum.

Galli de Fœderatis primùm in Oceano Britannico, mox in Campis Fleuriacis iterum victores 1690. Montes in Hannonia, Nicæa in Liguria, Mommelianum in Sabaudia Gallis cedunt 1691.

In Oceano victi à Fœderatis Galli, paulò post Namurcum expugnant 1692.

Belli

Belli Duces nobiliores.

23

Mauritius Nassovius, Carolus Eman. Sabaudus, Ambrosius March. Spinula, Ladiguerius Gallix Comestabilis :

Carolus Comes Buquojus, Torquatus de Comitibus, Forcia, & Toirasius Marefcalli, Gustavus R. Svecix, Vvalstainius, Tyllius, Poppenaimus, Bernardus Veymarus, Joannes Vvertius, Uladislaus IV. Polonus, Andreas Cantelmus, Comes Arcurtius, Chiuperlius Visirius, Vicecomes Turenus Marefcallus, March. Montecucolus, Armandus Princeps Condæus.

Carolus V. Dux Lotharingix, Christianorum columen ; Turcarum terror.

Casus tragici, calamitates publica.

24

In Anglia pestis horrenda, Londini præsertim 1603.

Demetrii Magni Moschorum Ducis casus 1606.

Capta per Tartaros Regia Peking, Zungchinus Sinarum Imperator nubilem filiam obruncat, ipse, & Regina se suspendunt. *Martinius*.

Rebelles in Anglia Carolum I. Regem, inaudito exemplo, carnificis manu in foro obruncant 1649.

Pestis in Italia, sed Neapoli præcipuè, & Genuæ furit 1656. ac deinceps per Asiam, & plures Europæ Provincias à 1678. ad 1680.

Spira, & Vormatia ferro, flammisque à Gallis excinduntur 1689.

25

Motus Elementorum, & signa de Cælo.

Terremotus ingens in Helvetia 1601. in Peruvia 1604. in Brutiis, ubi everfa Siberina 1627. In Sinis quindecim magnis urbibus dejectis 1628. Herbioli 1638. in Brutiis 1659. à Pyreneis ad Lemovicum in Gallia 1660. qualis non ante auditus in nova Francia 1663. Raguffum concutit 1669. Ariminum 1672. Peruviam 1686. Smyrnam, ubi periere 40. hominum millia 1688. Neapolim, Beneventum 1689. Siciliam ferè totam 1693. vel omnino, vel magna ex parte deletis Pagis, Oppidis, Urbibus pluribus, inter quas Syracusæ, Catana, Leontini. Sepultisque, ut fama fert, centum ferè hominum millibus.

Araris eluvio in Gallia 1602.

Iris sanguinea Strigonii per noctem 1604.

Plurium Rhætorum oppidum propinqui mdtis ruina cum inculis opprimitur 1618.

Vesuvianum incendium horribile 1631. Ætna circumjectum agrum torrentibus igneis latè vaflat. 1669.

Cometes Arcus *speciem* præferens, tantumque occupans Emispherium, qualis vix fortasse ab orbe condito nunquam antea visus 1682.

26

Res memorabiles, siue Sacra siue profana.

Christina Svecorum Regina Catholicæ Religionis agnita veritate, ut eam amplectatur, Regno valedicit 1653.

Jacobus II. Magnæ Britanniaæ Rex nobilissima legatione ad Innocentium XI. Rom. Pontificem. vetusta suæ gentis erga Apostolicam Sedem obsequia renovat 1687.

Inno-

Innocentius XII. Apostolicæ Cameræ Magistratus vetat esse venales 1692.

Idem pauperes, quos Nepotes suos appellat, tota Urbe collectos, alendos suscipit, illisque Lateranenses Pötificû ædes habitandas tribuit 1692.

*Schola, Academia, literarum incrementa,
& detrimenta.*

27

Madritensis artium Academia aucta à Philippo IV. Giessena 1607. Mantuana 1625.

Collegium, & Bibliotheca Ambrosiana Mediolani à Friderico Card. Borromæo instituta, magno literarum bono.

Diaria literatorum in Gallia, Italia, Anglia, Germania, perutili eruditionis compendio.

Fridericus Card. Borromæus, Urbanus VIII. P. M. Franciscus Barberinus Card. Urbani ex fratre Nepos, Ludovicus Magnus R. Gall. Ferdinandus Fultembergicus, Episc. Monasteriensis, Cosmus III. Magn. D. Etruriæ, literis, & bonis artibus impensè favent.

Hoc ævo fortasse literis obest nimia librorum copia, quæ nos inopes facit sapientiæ; quia dum novorum multitudine occupamur, optimos veterum plerumque negligimus.

Theologia positiva.

28

Franciscus Arias, Robertus Bellarminus Card. Hieronymus Mantinus vulgò Narniensis, Barradius, Jacobus Alvarez de Paz, Thomas Bozius, Serrarius, Fevardentius, Pererius, Delrio, Sancius, Justinianus, Cornel. à Lapide, Bonfrerius, Scribanus, Ducæus, Salazar, Mendoza, Ludov:

E c

de

de Ponte, Fernandez, Dionys. Petavius, Estius, Alphonfus Rodericius, S. Franciscus Salesius, Malvenda, Nicol. Riccardus, Hallier, Causinus, Corderius, Sauffay, Nierimbergius, Joannes Steph. Menochius, Tyrinus, Allatius, Raynaudus, Joannes Rho, Sfortia Pallavicinus Card. Bona Card. Joannes Paul. Oliva, Possinus, Daniel Bartolus.

29

Theologia contentiosa; Suspecta Patrum scripta.

Robert. Bellarminus Card. Perronius Card. Thomas Bozius, Fevardentius, Coestettau, Serrarius, Gretferus, Coccius, Arcudius, Florimundus Raymondus, Gordonus Huntlaeus, Malvenda, Gravina, Valentia, Petrus Cottonus, Pelletarius, Boverius, Sirmundus, Dionysius Petavius, Tyrinus, Richelius Card. Spondanus E. Annatus, Allatius, Petrus de Marcai, Michael de Elizalde, Honoratus Faber, Raymondus Capizucchius Card. qui præter editos libros, alios penè paratos prælo moriens reliquit.

Theologi Scholastici.

Ludovicus Molina, Bartholomæus Medina, Franciscus Suarez, Michael Medina, Gabriel Vasquez, Dominicus Bannez, Gregorius de Valentia, Didacus Alvarez, Jacobus Granado, Franciscus Albertinus, Hieronymus Fasolus, Leonardus Lessius, Theodorus Smisingh, Martinus Beccanus, Petrus Arrubal, Valentinus Herrice, Adamus Tannerus, Philippus Faber, Didacus Ruiz de Mótora, Andreas Duvallius, Franciscus Sylvius, Nicolaus Hambertus, Philippus Gammachæus, Ludovicus Meratius, Fran-

Franciscus Amicus, Joannes à S. Thoma, Joannes Martinez de Ripalda, Joannes Martinon, Joannes Poncius, Angelus à Monte Piloso, Bartholomæus Mastria, Franciscus de Arauxo, Antonius Perez, Joannes de Lugo, Collegii Salmanticensis P.P. Carmelit. Excalceatorum Auctor, Joannes Caramuel, Rodericus de Arriaga, Marcus Serra.

Petrus de Godoy, Martinus de Esparza, Joannes Baptista Gonet, Vincentius Contenson, Vincentius Ferre, Nicolaus de Arnù, Nicolaus Martinez, Silvester Maurus, & alii plures.

Theologi Morales.

Joannes Azorius, Thomas Sanchez, Thomas Malvenda, Valerius Regmaldus, Vincentius Filliucius, Basilius Poncius, Martinus Bonacina, Stephanus de Avila, Gregorius Sayrus.

Paulus Layman, Baptista Fragosus, Ferdinandus Castropalao, Stephanus Fagundez, Vincentius Candidus, Joannes Baptista Lezana, Nicolaus Baldellus, Stephanus Bauny, Franciscus Bordonus, Antoninus Diana, Franciscus Pellizarius, Joannes Ægydius de Trullench, Petrus Marchant, Leander à S. Sacramento, Joannes de Dicastillio, Joannes Bossius, Joannes Caramuel, Sebastianus Salelles, Hurtado, Andreas Mendo, Mattheus de Moya, Joannes Cardenas, & alii plures.

Jus Canonicum, & Civile, Legumlatores.

Tuscius Card. Petr. Gregor. Tolosanus, Mascardus, Farinacius, Mantica Card. Olivarius Card. Surdus, Alexander Ludovisius postea Gregorius XV. P. Merlinus, Penia, Coccinus, Bichius, Du-

Dunozetus, Altogradus, Barbofa, Tondutus, Zi-
pæus; Fremosmus Altaferra, Pax Jordanus, Gó-
zalez, Tellez, Joannes Deluca Card. Nicolaus Se-
verolus, cujus lucubrationes pluribus tomis cõ-
prehensæ, prælo adornantur ab eruditissimo F.
Marcello.

Petrus Otthobonus Pontificii Juris Oraculum,
postea Alexander VIII. R. Pontif.

31

Philosophia.

Hurtad. D. Mendoza, Oviedo, Rubius, Car-
tesius novæ sectæ parens, Gassendus, Baconus,
Campanella, Mastrius, Fromondus, Resta, Cabæ-
us, Crastorius, Montagna, Gallutius, Aldovran-
dus, Arriaga, Licetus, Aversa, Sfortia Pallavi-
cinus Card. Robertus Boil, Silvester Maurus in-
signis Aristotelis Paraphrastes, Alphonfus Borel-
lus, Honoratus Faber.

Philosophia Cartesiana, & Experimentalis mul-
tos numerant sectatores.

Academiae ad Philosophiam experimentis pro-
movendam in Italia, Gallia, Anglia, Germania.

32

Medicina.

Daniel Senertius, Riverius, Mercùrialis, Har-
væus, Rirolani duo, Vallesius, Mercatus, Bar-
tholinus pater, & filius, Janfortes, Thomas
Vvillis.

Harvæus, asserta in humano corpore sanguinis
circulatione, magnum Medicis lumen attulit.

Transfusio sanguinis ad vires reparandas, infeli-
citer in Gallia, & Italia tentata est.

Dogmatica secta, novis inventis ita profecit, ut
inimbu-

immutata aliquantulum videatur .

Mathematica .

33

Clavius, Vieta, Stevinus, Lydiat, Snellius, Hadrianus Rom. 1615, Langius, Neperus, Goclenius, Lucas Valerius, Baranzanus, Maginus, Pitiscus, Longomontanus, Galilæus, Blancanus, Gassendus, Kepplerus, Argolus, Lansbergius, Griembergerus, Hevelius, Metius, Guldinus, Merfenius, Cavalerius, Scheinerus, Ghetaldus, Claramontius, Bettinus, Gregor. à S. Vincentio, Petavius, Zuchius, Billy; Torricellius, Ricciolus, la Lovera, Tæquet, Kircherus, Borellus, Millietus.

Post inventum Thelescopium ingentes Astronomia progressus habuit.

Anglorum, Gallorum, Batavorum navigationes Geographiæ emendandæ plurimum contulere.

Mathematicorum Academia Parisiis à Ludovico Magno instituta.

Historia, & Chronologia.

34

Cæsar, Baronius Card. Matfejus, Mariana, Orlandinus, Vinandus Pighius, Thuanus, Sacchinus, Avila, Gratianus, Rosueyus, Paruta, Beovius, Boverius, Bentivolus Card. Famianus Strada, Capriata, Turtura, Grotius, Gramontius, Bollandus, Lufinianus, Ughellus, Samarthani fratres, Alphordus, Labardæus, Baptista Nanus, Sfortia Pallavicinus Card.

Raynaldus, Labbé, Gallutius, Dondinus, Cæpellus, Henschenius, le Coing, Oldoinus, Daniel Bartolus.

Retho-

35

Rhetorica, Oratoria, Poësis.

Stephonius, Strada, Vossius pater, Gallutius, Petior, Petavius, Caufinus, Oct. Ferrarius, Gradus, Sfortia Pallavicinus C. Dondinus, Favoritus. Rhetor. & Oratores.

Galli veram hoc ævo veteris Eloquentiæ speciem cœpisse videntur.

Stephonius, Pulcharellus, Torrentius, Sarbiezius, Barlæi, Grotius, Balde, Hofchius, Dondinus, Vallius, Favoritus, Rapinus, Poetæ. Quibus præsidium, & decus addunt Urbanus VIII. & Alexander VII.

Itali verò Poetæ, Guarinus, Marinus, Tansillus, Chiabrera, Testius, Cæfarinus, Bonarelli, Ciampolus, Julius Rospiliosius Sydus Olorum, & Rom. Pontifex.

36

Philologia, & Grammatica.

Lipsius, Goltzius, Casaubonus, Scaliger fil. Jacobus Pontanus, Raderus, Pancirolus, Sirmundus, Gretserus, Emmius, Majolus, Bertius, Kekermanus Schottus, Salmasius, Bulengerius, Scioppius, Gerardus Joannes Vossius, Dionys. Petavius, Cerda, Abrahamus, Octav. Ferrarius, Montchalus, Leo Allatius, Donatus, Joannes Baptista Ferrarius, Nardinus, Du Fresne, Huetius. Philol.

Sanctius Brocensis, Vossius, Monetus, Golius, Scioppius, Menagius, Gaudinus. Grammat.

Galli, & Angli patriæ linguæ expoliendæ dant operam.

Nunquam solertiùs, & feliciùs antiquitas illustrata est.

Nova

Nova inventa, Artifices nobiles.

37

Telescopium sub initiuni sæculi inventum à Galilæo, qui Veneto Senatui primus ostendit.
Maculæ in Sole deprehensæ 1611. à Scheinero.
Vide Rosam Ursinam.

Circulatio sanguinis asserta ab Harvæo.

Magno Nauticæ commodo Angli aquam è sal-
sa dulcem facere cœpere, artificio cæteris gen-
tibus adhuc ignoto.

Acustica tuba ad vocis propagationem.

Typographi insignes, Blæu, Janssonius, Elze-
virij, Regia Parisius Præla nobilissima.

Urbium natales, & alia Architectura opera illustria

38

Arx Casalensis in Italia, Philippoburgum in
Germania excitantur.

Plures ab Hispanis in America, à Lusitanis in
Brafilia, à Batavis in Insulis Orientalis Oceani
conduuntur urbes.

Amstelodamum, Londinum, Taurinum, Pari-
sii exornantur.

Fossa, seu Canalis inter Atacem, & Garum-
nam per Ludovicum XIV. Galliæ R.

Celebrantur invalidorum militum ædes Pari-
siis, Hospitium Pauperum Genuæ, D. Pauli Tem-
plum Londini, Prætorium vulgo *Statbuys* Amste-
lodami.

Vessaliæ immensis sumptibus à Ludovico XIV.
ad Regias delicias conditæ.

Architecti nobiles; Architectura Romana vices.

39

Martinus Longus, Petrus Berretinus, Carolus
Mader-

Madernus, Laurent. Berninus, Borrominus, egregii Architecti,

Sacellum Burgheſianum Pauli V. in Baſilica Liberiana, Ludoviſianum S. Ignatii Loyolæ Templum, Moles ænea ab Urbano VIII. DD. Petri, & Pauli Sepulchro impoſita, Ædes Barberinæ in Quirinali, Fons Pamphilianus in Area Agonali ab Innocentio X. inductus, Porticus Aræ Vaticanæ ab Alexandro VII. circumpoſitæ, opera cenſentur Architecturæ Auguſtæo ævo ſerè paria.

Urbanus VIII. non exiguam Urbis partem novis mœnibus, & Arcem S. Angeli novis munitiõibus circumdat.

Pictura, Statuaria, earumque Roma vices.

Auguſtinus, Ludovicus, & præcipuè Annibal Caſtracii ſfr. labentem Picturam ſuntinent. Ex horum Schola Dominichinus, Lanfrancus, Guercinus, Guido Renus.

Florent præterea Rubenius, Albanus, Joſeph Arpinas, Cæſar Nebbia, Vandikius, Saccus, Petrus Berettinus Corton. Poſſinus, Romanellus, Cyrus Ferrus.

Marcellus Provenzalis Muſivi operis Apelles. Huic proximus Calandra.

Statuarii Antonius Lombardus, Franciſc. Belga, Algardus, Berninus; quorum opera plurima Romæ miramur.

ANNALES
170042A

3550042.

B. 12.6.180

B.N.C.F.



0802550042

